¶ Atqꝫ quedā istoꝝ fiunt: cum aliqua latione mouentur: quedā cū aliqua alterant̃. Que nā vō sint illa ⁊ quo modo fiant: alia ratio est. Dicere aūt aiam irasci: vel timere: simile atqꝫ si quispiā aiam: texere dicat: vel edificare. Nā melius est fortasse dicere non aiam: sed hoiem aia misereri: vel discere: vel ratiocinari. Idqꝫ nō quia motus in illa sit: sed quia nonnunq̄ quidem vsqꝫ ad illam: nonnunq̄ vō ab illa: veluti sensus quidēꝫ ex hisce: recordatio aūt ab illa ad eos motꝰ vl' statꝰ q̄ sint in ipsoꝝ sensuuꝫ instrīs.

T.c.64. ¶ Horum autem accidunt alia quidem sm̄ loci mutationē quorundam modorum: alia vō sm̄ alterationē. Qualia autē ⁊ quomodo: alterius rationis est. Dicere autē irasci aiam simile est: ⁊ si aliquis dicat eam texere vel edificare: melius enim fortassis est nō dicere aiam misereri aut addiscere aut itelligere: sed hoiem aia. Hec autem nō tanq̄ motu in illa existente: sed aliqñ quidē vsqꝫ ad illā. aliqñ qdē ab illa. Ut sensus quidēꝫ ab his: reminiscētia vō ab illa. Motus quidē sunt in sensibilibus organis aut quietes.

¶ Uult ostēdere ꝙ huiꝯ motus corporis sunt ab aia sm̄ duas spēs motus. Una est sm̄ loci mutationē. Sicut pꝫ in ira: motis qbusdā particulis ipsius corpis. s. moto corde. Ex ira eñ sanguis exit ad partes exteriores: motus a feruore cordis. Alia vō est sm̄ alterationeꝫ: sicut patet in timore. Nam cor ad terribile cōtrahitur ⁊ infrigidat̃ ⁊ alterat̃ homo ⁊ pallescit. Quales aūt passiones sint: et quō moueant̃: alterius rationis est dicere. Sic igit̃ pꝫ ꝙ huiꝯ motus nō sunt aie: sed corporis ab aia. vt dictū est. Sicut ergo aial hēt operationes corporales: ⁊ huiꝯ non sunt aie: sed corpis: seu cōiuncti ita ⁊ huiꝯ operationes. s. sentire ⁊ gaudere: ⁊ huiꝯ nō debēt referri ad aiam: sꝫ ad cōiunctū. Nā si aliquis dicat aiam irasci: ⁊ sm̄ huiꝯ operationes moueri: sile est ac si dicat ipsam animaꝫ texere vel edificare: aut cithariꝫare. Nam ⁊ aia est causa horuꝫ motuū. Habitus eñ edificatiuus ⁊ textiuus: ⁊ citharizādi est in ipsa anima: ⁊ huiꝯ ab aia sunt. Sed sicut melius est dicere ꝙ edificator edificat: nō ars: sꝫ edificator edificet per edificatiuā artē: sic fortassis meliꝰ est dicere ꝙ anima nō miseret̃ neqꝫ addiscit neqꝫ itelligit: sꝫ homo per aiam. Dicit (Fortassis itelligere) qꝛ loquit̃ supponēdo: vt dictū est. Quia vō ꝑ h̄ qḋ dicit. (ꝙ nō mouet̃ aia.) sed homo per aiam posset intelligi ꝙ motus existeret in aia sicut in subiecto: ideo remouet hoc dicēs: ꝙ cuꝫ dico hoieꝫ moueri ab aia: nō sic dico ꝙ motus in illa. s. in aia existat: sed quasi ab illa. Cū eñ dico hoc mouet̃ per hoc: istud pōt dupl'r intelligi: vel qꝛ aliqñ ipsa res qua aliq̄d mouet̃ motū sustinet. Ut cū dico hoieꝫ moueri pede: qꝛ ipse pes mouet̃. Uel qꝛ ipsa aliqñ res nō sustinet motū: sed īpellit aliq̄d ad motū: ⁊ hoc modo hō dicit̃ moueri ꝑ aiam. Et in hoc est duplex motus: qꝛ aliqñ aia est vt terminus motus qñ. s. motus est ad illaꝫ. s. ad aiam: sicut in apprehensione sensibiliū. Nā qñ aia apprehēdit exteriora sensibilia: tūc virtus sensitiua que est in organo nitit̃ ⁊ mouet̃ ad remittendū ⁊ reducendū spēs et intētiones rerū sensibiliū vsqꝫ ad illā. s. ad aiaꝫ. Aliqñ vō aia est vt pn̄ᵐ motus: qñ. s. motus operatiōis initiatus est ab illa. s. ab aia vt est in reminiscentia: a qua itentiones ⁊ phantasmata rerū occultata ⁊ recōdita educunt̃ ad intelligēdū res sensibiles. Siue aūt motꝰ aut qetes dicat aliqs phātasmata huiꝯ sint derelicta interius: nō refert quantum ad presentē mām. Patet igit̃: ꝙ huiꝯ motus nō attribuunt̃ aie: sed sunt cōiuncti: ab ipsa aia tñ: ⁊ nō sicut motu extāte in ipsa aia. ¶ Notādū tñ ꝙ hec solo ꝑdicte dubitationis nō est distictiua ⁊ diffinitiua veritatis: sꝫ obuiatiua. Scienduꝫ eñ ꝙ motus attribuunt̃ operationibus anime a diuersis diuersimode. Naꝫ tripliciter īuenitur motus in operationibus anime. In quibusdā enim inuenitur motus ꝓprie: in qbusdā minus ꝓprie: in qbusdam vō minime ꝓprie. Proprie eñ inuenit̃ motus in opatio nibus aie vegetabilis ⁊ in appetitu sensitiuo. In opatione quidē aie vegetabilis est ꝓprie motus qñ mouet̃: vel inesse nāe per nutrimētū: ⁊ hic est motus augmēti: ⁊ sꝫ hoc aia vegetabilis se hēt vt agēs: corpus vō vt patiens. In appetitu vō sensitiuo ꝓprie inuenit̃ motus ⁊ sm̄ alterationē: ⁊ sm̄ motū localē. Nā ad appetitū alicuius rei: homo statim mouet̃ ⁊ alterat̃. Uel ad iraꝫ sicut in appetitu vindicte. Uel ad gaudiū sicut in appetitu delectabilis. Itē ex hoc mouet̃ etiam sanguis qui est circa cor ad partes exteriores: ⁊ etiā homo de loco ad locū ad consequendū id qḋ appetit. Minus vō ꝓprie inuenit̃ motus in operationibus aie sensitiue. In his eñ non est motus sm̄ esse nature: sed solū sm̄ esse spūale: sicut patet in visu cuiꝰ operatio non est ad esse nāle: sed spūale: qꝛ est ꝑ species sensibiles sm̄ esse spūale receptas in oculo. Sed tamē hꝫ aliq̄d de mutabilitate inquātū. s. subiectū virtutis visiue est corpus. Et sꝫ hoc hꝫ rōnē motus: sꝫ minus ꝓpriam. Nō eñ dicit̃ motus in operationibus proprie: nisi cū operatio illa est ad esse nature. Minimuꝫ aūt de proprietate motus et nihil nisi metaphorice īuenitur in intellectu. Nam in operatione intellectus non est mutatio sm̄ esse naturale: sicut est in vegetabili: nec subiectū spirituale quod imutetur: sicut est in sensibili. Sed est ibi ipsa operatio: que quodammodo dicitur motus inquātum de itelligēte in potētia fit itelligēs in actu. Differt tñ

fert tñ

fert tñ a motu eius operatio:qa ei⁹ opatio est actus pfe/ctus:motus vo est actus imperfecti. Et ideo pȝ q̃ŏ operationes aie vegetabilis ꝛ sensitiue non sunt motus aie: sed cõiuncti. Operationes aũt itellectus nõ dicunẽ motus nisi metaphorice:ꝛ sunt solũ aie itellectiue absqȝ aliquo determinato organo. ℂ Sciẽdũ etiã ꝙ sicut in sensu inueniẽ vis appetitiua ꝛ apprehensiua. ita ꝛ in intellectu inuenitur vis appetitiua ꝛ apprehensiua. Et ideo hec: amor:odium:gaudium:ꝛ huiusmodi possunt intelligi et put sunt in appetitu sensitiuo:ꝛ sic habẽt motũ corporalem coniunctum:ꝛ prout sunt in intellectu et voluntate tñ absqȝ omni affectione sensitiua:ꝛ sic non possunt dici motus:qa non habẽt motũ corporalẽ coniunctum. Et inueniunẽ etiam in substãtijs separatis fm ꝙ in seqũtibus melius patebit. ℂ Cõsequẽter cum dicit.

ℂ Intellectus aũt aduenire videẽ:ꝛ substãtia quedã esse ac nõ corrũpi. Nã ab ea maxime que in senectute fit offuscatione corrũpereẽ. Nunc autẽ perinde fit atqȝ in sensuum instrumẽtis. Eteni si senex talem acceperit oculum: videret sicut ꝛ iuuenis. Quare senectus nõ quia aia quicquã esse passa:sed quia id in quo est aliquid passum est:quẽadmodũ in ebrietatibus ꝛ in morbis fieri solet. Et ipsum igiẽ intelligere ac cõteplari marcescit:qa aliud quoddã intus corrumpiẽ:ipsum aũt passione vacat:ratiocinari vo: ꝛ amare:aut odisse non sunt illi⁹ affectus:sed huiusce qȝ habet illud:ea rõne qua illȝ habet. Quapropter ꝛ hoc corrupto:nec recordatur:nec amat. Nõ enim illius erãt:sed ipsius cõmunis:qȝ quidẽ perijt. Intellectus aũt diuinũ quid est fortasse:passioneqȝ vacat. Esse igitur ĩpossibile moueri aiam: perspicuũ iã ex dictis euasit:quod si omnino non motu cietur:patet nec a seipsa motu cieri.

Te.c.65. ℂ Intellectus aũt videtur in fieri substãtia quedam existẽs ꝛ nõ corrũpi. Maxime aũt corrũperetur vtiqȝ ab ea que est in senio debilitate. Nunc autẽ forte quẽadmodũ in sensitiuis accidit. Si enim accipiat senior oculũ iuuenis:videbit sicut ꝛ iuuenis:quare seniũ nõ est in sustinendo aliquid animã:sed in quo:sicut in ebrietatibus ꝛ infirmitatibus. Intelligere igiẽ ꝛ cõsiderare marcescunt alio quodã interius corru

Te.c.66. pto:ipsuȝ aũt passibile est. ℂ Intelligere autem ꝛ amare ꝛ odire non sunt illius passiones: sed huius habẽtis illud:fm ꝙ illud habet. Quare ꝛ hoc corrupto nõ reminisciẽ:neqȝ amat. Non enim illius erant sed cõis:qȝ quidẽ destructuȝ est. Intellectus aũt fortassis diuinuȝ aliquid ꝛ impassibile est. Qȝ qdẽ igiẽ non pole moueri aiam:manifestũ ex his. Si aũt penitus nõ moueẽ:manifestũ:quoniam neqȝ a seipsa.

ℂ Uult pbare ea que ostẽdit.s.ꝙ huiꝰ opationes etiaȝ si sint motus sicut ipsi dicebãt nõ attribuunẽ aie:sȝ corpori ꝛ cõiũcto. Et hoc pbat p quãdã opionẽ illoꝝ que erat famosa tpe suo.s.ꝙ ois aia est incorruptibilis: ꝛ hoc fm eos erat de itellectu ꝛ de oi aia. Dicit ĝ ꝙ videẽ pdictis phis ꝙ itell's sit qdã suba q̃ est in fieri ꝛ nõdũ cõpleta:ꝛ ꝙ nõ corrũpiẽ. Cuius rõ est:qa nos videmus ꝙ oẽs debilitationes que fiũt circa itellectũ ꝛ sensum:nõ attingũt ad ipsaȝ aiam fm se:sed pueniunt ex debilitate organi. Unde videẽ ꝙ itellectus ꝛ ois aia sit icorruptibilis:ꝛ ꝙ debilitatio in eius operationibus nõ sit ex eo ꝙ ipsa corrumpaẽ:sȝ ex eo ꝙ debilitanẽ organa. Si eni corrũperetur aia:maxie corrumpereẽ a debilitate q̃ est in senectute: sic accidit i organis sensitiuis que debilitanẽ ex senectute:tñ aia nõ debilitaẽ ex hoc:qa si senex accipiat oculuȝ iuuenis:videbit vt iuuenis. Quare senect⁹ debilitat:nõ qdẽ ꝙ ipsa aia patiaẽ seu vtus sensitiua:sed id i quo est. Sicut in egritudinib⁹ꝛ in ebrietatibus nõ debilitaẽ seu alteraẽ aia:sed corpus. Sic ergo (intelligere.) i. simplex apprehẽsio (ꝛ cõsiderare.) idest operatio itellectus que est in cõponẽdo ꝛ diuidẽdo:marcescũt:nõ qdẽ ꝙ itellectus corrũpaẽ ꝛ patiaẽ:sed corrupto quodã alio iterius: idest corrupto aliquo qȝ est organũ itellect⁹. Ipsuȝ aũt itelligere est passibile. Hoc aũt dicit Aristo. nõ ꝙ sit huius opionis:ꝙ credat itellectũ habere dẽterminatũ organũ corporale:sed sicut dictũ est ipse hoc loquiẽ supponẽdo opiones istoꝝ phoꝝ:qui sicut dictum est:erãt huius opionis:ꝙ oẽs opationes aie:ꝛ etiã ipse itellectus haberẽt organa determinata. Et iȝ fm hoc assignat q̃re itelligere marcescat:quia huiusmodi opationes q̃ sunt itelligere:amare:ꝛ odire:nõ sunt passiones (illius.) s. aie:supponẽdo loquiẽ. (Sed huius habẽtis.) s. cõiũcti seu organi corporalis. Organi dico habẽtis:illud. s. intelligere et huiꝰ (Scdm ꝙ illud habet.) Unde (corrupto hoc.) s. determinato organo:huiꝰ opationis que est amare seu itelligere:nõ rememoraẽ neqȝ amat. s. aia. Cui⁹ rõ est:qa hꝰ passiones nõ erãt aie tñ (sȝ cõis.) s. cõiuncti: qȝ est iam destructũ ꝛ corruptũ. Si ĝ oẽs hꝰ mot⁹ ꝛ opatiões debilitanẽ:nõ pp aiaȝ:sed pp debilitatẽ corpis seu organi: vt dictũ est. Manifestũ est ꝙ nõ sunt aie tñ:sed cõiuncti. ꝛ p ꝯñs ꝙ aia nõ moueẽ:sed cõiunctuȝ lȝ aia. ℂ Quia vo Ar. locut⁹ est hic de itellectu supponẽdo opiones alioꝝ: sicut iã pȝ:ne credaẽ ꝙ ipse opineẽ itellectũ sic eẽ vt supposuit:iȝ remouet hȝ dicẽs:ꝙ (Fortassis itellect⁹ est aliqd diuini⁹ ꝛ ipassibile.) i. aliqd altius ꝛ aliq̃ maior po⁹ꝛ p ꝯñs opatio ipsi⁹ aie q̃ dicaẽ hic. Dicit ãt (fortassis) qr nõdũ hoc determinauerat:sȝ postea hoc in 3° ostẽdit. Unde pȝ ꝙ supponẽdo loqtur. ℂ Cõsequẽter cõcludit ex oib⁹ dicẽs:ꝙ manifestũ est ex oib⁹ his que dicta sunt:ꝙ non est pole aiaȝ moueri. Sȝ ꝛ si nõ moueẽ aliq̃ mõ:manifestũ est ꝙ nõ moueẽ a seipsa hꝰ motib⁹:sic isti ponebãt. Lec.io.

ℂ At qui numerũ aiam esse dicere seipsuȝ motu cientem:multo longius q̃ ea que dicta sunt a ratione distare videẽ. Nã ijs qui id asserunt:ea primũ impossibilia que emergunt ex motu:deinde propria quedaȝ ex eo quia dicũt ipsam numeruȝ esse eueniunt. Quo nãqȝ modo vnitatẽ moueri intelligere opȝ:ꝛ a quo ꝛ quonã pacto. Cũ ipartibilis sit:ꝛ nullã habeat differẽtiã:si eni motiua sit atqȝ mobil':diuersa eẽ opȝ.

ℂ Multũ aũt his que dicta sũt irrationabilius dicere aiam esse numerũ seipsum mouentem. Te.c.67 Insunt eni his ĩpossibilia. Primo quidẽ ex ipso moueri accidẽtia. Propria aũt ex eo ꝙ dicunt ipsam esse numerũ. Quomodo eni opȝ intelligere vnitatem motã:ꝛ a quo:ꝛ quomodo impartibilem ꝛ indifferentem existentẽ. Si nãqȝ est mota ꝛ mobilis:differre oportet. Lec.XI.



Opio xenocratis.

Ostq̃ ph̃s improbauit opionē illoꝝ q dixerūt simplr aiam moueri. Hic ɔ̃ñr arguit contra opionē Xenocratis: qui supra motū addidit aliqd aliud. s. q aia eēt numerus mouēs seipsum. Et hec opio est multuz irrōnabilior opionibus alioꝝ phoꝝ que dicte sunt. Nā his qui dicūt aiam esse numerū mouentē seipsuz: multa impossibilia insunt. Et p̊ qdē ea que accidūt (eo q est moueri.) i. ex motu: que etiā accidūt oībus dicētibus aiam moueri. Accidunt etiā sic dicētibus: ꝛ icōueniētia ꝓpria ex hoc. s. q dicūt aiaz esse numerū. Et ꝓpter hoc ph̃s iprobat diffinitionē hāc Xenocratis de aia: ꝛ nō tm̄ est disputans ad nomē: sed ad ipsam intētionē diffiniētis. Circa hoc autē duo facit. Prio ostēdit hāc diffinitionē eē icōuenientez quantū ad ipsaz aiam vel subam aie. Scdo vo quantuz ad eius accidētia. ibi (Cōplectētib⁹ igit in vnū ꝛc̃.) Circa p̊mū duo facit. Prio eni destruit diffōnē p̄dictā de aia per rōnes. Scdo vo ondit q ad hāc diffōnē sequent oia icōueniētia q̃ sequunt ad opiones alioꝝ phoꝝ. ibi (Accidit aūt sic diximus ꝛc̃.) Qz aūt predicta diffinitio sit icōgrua ꝓbat sex rōnibus. Quaruz p̊ma talis est. Tu dicis aiam esse numerū mouētē seipsuz: numerus aūt constat ex vnitatib⁹. ḡ dicis aiaz esse vnitates. Si tu dicis aiam esse numerū mouentē seipsum: ergo ꝛ aiam vnitates mouentes seipsas: sed omne mouēs seipsuz hz duas partes:
Lec. 10. tex. c. 40. & 42. vt ꝓbat in 8° phy. quarum vna est mouens ꝛ alia mota. ergo oportebit dicere q vnitas seu punctū diuidatur in duas partes. quaruz vna sit mouens: ꝛ altera mota. Hoc aūt est impolē. ḡ impolē est q aia sit numerus mouens seipsuz. Qz aūt sit impolē vnitatē habere vnā partē mouentē: ꝛ alia motā ꝓbat: qa nullo modo illud qd̄ est oino impartibile ꝛ indifferēs pōt intelligi q moueat per se: ita q hēat partē mouentē vnā: ꝛ aliā motā. Nā in nullo pñt hec duo. s. vis motiua vel mota: et mobilis vel mota esse nisi differāt. cū ḡ vnitas sit ipartibilis ꝛ indifferens: nō pōt huiꝰ ptes hr̄e: ꝛ sic nec moueri: ḡ aia nō est nūer⁹ mouens seipsum. ℂ Scdam rōnē ponit cū dicit.

ℂ Preterea cū lineā quidē motiōe superficiē facere dicāt: punctū aūt lineā: vnitatū etiā motus erunt cōtinuo linee. Pūctū eni vnitas ē positionē hñs: atqz numerus aie iam alicubi est: positionēqz habet.

T.c.68. ℂ Amplius qm̄ dicūt lineā motā planū facere: punctū aūt lineaz: ꝛ vnitatū motus linee erūt. Punctū aūt vnitas est pōnez hñs. Numerus autē aie iam alicubi est: ꝛ positionē habet.

ℂ Que talis est. Tu dicis aiaz esse numerū. ergo ꝛ vnitates vt dictū est. Inter vnitatē aūt ꝛ punctū nulla differētia est: nisi q punctus hēt pōnē. est eni punctū vnitas positionē habēs. Sed si aia est numerus opz q alicubi sit huiꝰ numerus aie: ꝛ positionē hñs. ergo aia erit vnitates positionē hñs. Huiꝰ aūt sunt pūcta. ergo aia erit pūcta. Sed ſm q dicunt platonici: mot⁹ pūcti facit lineā. linea aūt mota facit superficiē: supficies vo corpus: sed est aia numerus mouēs seipsuz. ergo eodē mō ꝛ vnitas: ꝛ p ɔ̃sequens est pūctū mouēs seipm: pūctū aūt motū non facit nisi lineā. ḡ motus aie nō facit nisi lineā. Et sic aia motu suo nō causat vitā: sz lineā: qd̄ est falsuz. Non est igit aia numerus mouens seipm. ℂ Tertiā rōnē ponit cū dicit.

ℂ Preterea si quis a numero numerū vel vnitatē abstulerit alius relinqt numerus. Atqz plante: mltaqz aialiū viuunt diuisa: ꝛ eādē aiaz specie vident hr̄e.

ℂ Amplius aūt a numero si auferat aliquis numeruz aut vnitatem: relinquit alius numerus. Plante autem ꝛ animaliū multa diuisa viuūt ꝛ videntur eandem habere animam specie.

ℂ Que talis est. Si aia est numerus vt tu dicis: opz q cōsequat passiones ꝛ nām numeri: sed cōstat q si aliqs auferat a numero vnitatē aliquā seu addat: mutat speciez. Nā si huic numero. s. tria addas vnitatē mutat speciez. Alia eniz spēs est huius numeri q̃tuor: ꝛ alia eius qd̄ est tria. Si vo ab eodē auferas vnitatē efficit duo et mutat similr̄ spēm. Cōstat aūt q aialia sumunt spēz ab aia: cū vnūqdqz ɔ̃sequat per formā spēm suā. ḡ si aia est numerus ex subtractione vel additione alicuius ab aia: relinquit alia aia specie: ꝛ hoc est falsuz. Uidemus eni in decisionibus plantarū ꝛ aialiū anulosoruz q diuisa seu decisa viuunt: ꝛ eandez spēm hñt. Non ergo aia est numerus mouens seipm. ℂ Quartā rōnē ponit cū dicit.

ℂ At qui nihil referre videbitur vnitates dicant: an corpuscula parua. Etenim si puncta fiant ex Democriti pilulis: mō maneat quātitas: erit in ipsis aliud quidē qd̄ mouet: aliud aūt qd̄ mouet: sicut in magnitudine. Nō eni qa magnitudine differunt aut paruitate id qd̄ dictū est accidit: sed qa subeūt quātitatē. Quocirca necesse est aliquid esse: qd̄ ipsas vnitates mouebit. Qd̄ si id qd̄ in aiali mouet: aia est: ꝛ id qd̄ in numero est aia mouet: q̃re aia nō ē id qd̄ mouet: atqz mouet: sed id qd̄ mouet dumtaxat.

ℂ Uidebitur autem vtiqz nihil differre dicere vnitates aut corpora parua. Et nāqz ex Democriti spheris si fiant puncta: solum aūt maneat quātitas erit aliquid in ipso. Hoc qdē mouēs. Illud autem qd̄ mouet: sicut in magnitudine. Non eni ꝓpter hoc q est magnitudine differre aut paruitate accidit qd̄ dictū est: sed quia quātum. Unde necesse est aliqd esse motiuū vnitatum. Si aūt in aiali qd̄ mouens aia ꝛ in numero quare non mouens ꝛ quod mouetur est anima: sed mouens solum. T.c.69.

ℂ Que talis est. Tu dicis aiam esse numeꝝ: ꝛ sicut dictus est sequit q aia sit vnitates positionē habentes: ꝛ per cōsequens q sit puncta. ſm hoc autē si recte cōsideremus videbitur vtiqz q nihil differt dicere q aia sit corpora pua ꝛ idiuisibilia: sic dixit Democritus: aut dicere q sit vnitates positionē habētes. Unuz eni positionē habens quātitas est ꝛ idiuisibilis. Ex hoc ergo sic arguo. Aia ſm positionē tuā est numerus mouēs seipsuz: ꝛ per ɔ̃sequēs vnitates ꝛ pūcta mouētia seipsa. ponamus aūt q corpa indiuisibilia que posuit Democritus sint puncta: qa nō differt sicut dictū est: ꝛ sit quāta qd̄ necesse est: qa ꝓprie non mouet nisi quātū. Huiusmodi aūt puncta mouent seipsa: qa anima est numerus seipsum mouens. Sed in mouēte seipso: sicut dictum est duo sunt. ergo erit in ipso puncto vnum quod est mouens: et aliud qd̄ est motum. Nec est curandum vtrum sint magna seu parua: dummodo sint quāta: quia in quolibet continuo mouente seipsum hoc accidit. s. q sint duo ibi: vnū vt mouēs: ꝛ aliud vt motū. Et sic necesse est q sit aliqd motiuū vnitatuz. In animali autem illud qd̄ mouet animal est aia. ergo ꝛ in numero illud quod mouet numeruz erit anima. ergo anima non est id qd̄ mouetur: sed illud qd̄ mouet. Et sic mala est diffinitio anime q sit numerus mouēs seipm:

sed potius q sit numerus mouens numerum motum. ℂ Quintam rationem ponit cum dicit.

ℂ At vo qui fieri potest: vt hec vnitas sit. Opz enim ipsius ad ceteras aliquã differẽtia esse. At vnici pũcti quenã preter positionẽ esse differẽtia põt. Si igit vnitates punctaue que sunt in corpore diuersa sunt ab vnitatibus aie: atqz punctis: erunt ipse vnitates in eodẽ profecto loco. Punctũ eni aie locũ occupabit corporis puncti. Atqz quid obstabit ac prohibebit: vt si duo puncta sunt simul in eodẽ loco: τ plura sint duobus ac ĩfinita. Quoꝝ eni locus indiuisibilis est τ ipsa indiuisibilia sunt. Sin vo ea pũcta que sint in corpe: sint ipse numerus aie: vel si numerus q ex punctis constat: que sunt in corpore sit ipsa anima: cur non omnia corpora animam habent. naz in cunctis puncta esse videntur τ etiam infinita.

T.c.70. ℂ Cõtingit aũt quodãmõ hãc vnitatẽ esse. Opz eni ipsi inesse quãdã differentiã ad alias. Puncti aũt solitarij: que vtiqz differẽtia erit nisi positio. Siquidẽ igit sunt altere in corpore vnitates τ puncta: in eodẽ erunt vnitates. obtinebit eni locũ puncti: tũ τ quid phibet in eodẽ esse si due sunt τ infinitas. Quoꝝ eni locus est idiuisibilis: τ ipsa.

T.c.71. Si aũt in corpe pũcta numerus aie: aut si qui eoꝝ qui in corpore pũcta nũerus aie: aut si qui eoꝝ qui in corpore pũctoꝝ numerus aia quare nõ oia habẽt aiam corpora. Puncta eni in omnibus videntur esse τ infinita.

ℂ Que talis est. Secũdũ opionẽ Xenocratis ꝯtigit hãc. s. aiam esse vnitatẽ: sed ex hoc cõtingit ipsam esse puncta: qa si aia est vnitas: opz q differat ab alijs vnitatibꝰ: nõ poterit aũt differre ab eis nisi p positionẽ: q eni est dria (pũcti solitarij.) idest vnitatis itellecte nisi positio. nulla vnitas aũt nisi positionẽ hñs est punctũ. g aia non est vnitas: sed puncta. Sed aia est in corpore: τ qõlibet corpus hẽt pũcta sua per se. quero ergo vtrũ pũcta que sunt aia sint eadẽ cũ pũctis corporis aut alia. Sigdẽ sũt altera: g in q̃libet parte corporis sit anima: in qualibet parte corporis erũt puncta aie: τ sic erũt duo pũcta in eodez loco simul. Et si duo ppter quid nõ plura: aut etiã infinita. Nã illa quoꝝ locus est idiuisibilis: τ ipsa idiuisibilia sunt: vnde non indigent ampliori loco. Unde si ponant duo esse in loco idiuisibili: per ꝯñs possunt in eodez loco esse infinita. Si vo dicas q sunt eadẽ pũcta que sunt in corpore cum his punctis que sũt anima: sequitur q cũ omne corpus habeat puncta: q omne corpus habeat animã: sed hoc est falsum: non ergo anima est numerus mouens seipsum. ℂ Sextam rationem ponit cum dicit.

ℂ Insup q fieri põt vt separent ac absoluat a corpibus ipsa pũcta: siquidẽ linee nõ diuidunt in pũcta.

ℂ Amplius aũt quomodo possibile est separari puncta τ absolui a corporibus: siquidem nõ diuidantur linee in puncta.

ℂ Et sumitur ex precedenti: que talis est. Sicut dictũ est sequit ex positione Xenocratis. q aia sit pũcta: sed nos videmus q puncta nõ separant nec absoluunt a corporibus. Nã linee nõ diuidunt a superficiebus: nec pũcta a lineis. Anima vo separat τ absoluit a corpore. ergo nõ est puncta neqz numerus. Patet ergo q diffinitio Xenocratis de aia est incõgrua quantũ ad ea que in diffinitione ponuntur. ℂ Consequenter cum dicit.

ℂ Fit autẽ vt diximus: vt partim idem ij dicant: qd illi: qui corpus quoddã subtiliũ partium animã esse dixerunt: partim propriũ ipsos comitet absurdum: corpus ab aia perinde moueri: perinde atqz Democritus asserebat. Nam cũ aia sit in omni corpore sentiente: necesse est in eodẽ duo corpora esse si anima corpus aliqd esse ponat. Et horuz etiã sentẽtia: qui animã numerũ esse censent: fit vt vno in pũcto multa sint puncta: aut omne habeat aiam: si nõ numerꝰ quisquã alius: atqz diuersus a punctis ipsius corporis superueniat. Fit etiaz vt aial a numero perinde moueat: atqz Democritũ diximus idipsum moueri censere. Quid eni interest parue pile dicant: an vnitates magne vel vnitas omnino que agitant motu. Utro nãqz modo necesse est ipas ex eo mouere animal: quia ipse motu cientur.

ℂ Accidit autẽ sicut diximus: siquidẽ idem dicere corpus quoddã subtiliũ partium ipsaz ponentibus. sic autem sicut Democritus dicit ab anima moueri: ppriũ incõueniens. Siquidez eniz est aia in omni eo q sentit corpore: necesse duo in eodẽ esse corpora: si corpꝰ aliqd anima. Numerũ aũt dicentibus in vno puncto pũcta multa: aut omne corpus aiam habere: nisi qdã numerus differẽs fiat τ alius ab his que in corpore punctoꝝ. T.c.72

Accidit autẽ aial moueri a numero: sicut τ Democritũ dixit ipsum mouere. Quid enim est differre dicere spheras paruas aut vnitates magnas: aut oino vnitates ferri. Utrobiqz enim necesse est mouere animal in eo quod mouentur ipse. T.c.73.

ℂ Dicit diffõnẽ pdictã esse icõgruã quãtũ ad incõuenientia. Nã ex huiꝰ diffõne de aia sequunt oia incõueniẽtia que sequunt ex opionibus oiuz pꝛioꝝ de aia. Quidã eni errauerunt circa aiam τ dixerũt ipsam esse corpus subtilissimarũ partiũ. Ex quo sequebat: q cũ aia sit vbicũqz est sensus in corpore: τ sensus sit vbiqz p corpus: q si aia est corpus q duo corpa sint simul. Et hoc idem sequit si aia est puncta. sicut dictũ est. s. q duo sint simul et etiam infinita: τ hoc si pũcta anime sint alia a pũctis corporis. Sed si non (fiat differens numerus) punctorũ aie. idest si non differant puncta anime a punctis que sunt in corpore: sequit q in quolibet corpe sit aia. In quolibet eni corpore est iuenire puncta. Quidã vo sicut Democritus errauit dicens aiam moueri: τ corpus ex motu aie: τ cuz ipse diceret componi animã ex indiuisibilibus spheris: τ ex motu ipsarũ moueri corpus: sequebat q corpus moueret ex corporibus indiuisibilibus. Et hoc idem inconueniens sequitur ex diffinitione istoꝝ: scilz aial moueri ex numero: τ per cõsequẽs a punctis: τ nõ est differentia dicere spheras paruas: τ vnitates magnas: aut quascũqz vnitates moueri. Nã (vtrobiqz.) i. in sphericis corporibus τ in vnitatibus: necesse est q animal moueat: eo q ipsa scilicet corpora spherica τ puncta seu vnitates mouentur. ℂ Consequenter cum dicit.

¶ His igit̄ qui motum ac numerū in assignanda aīa coniunxerunt: hec que dicta sunt absurda: ⁊ alia huiuscemodi multa eueniunt. Est eni īpossibile nō solū diffinitionē anime talē esse: sed etiā accidēs. Qđ quidē patet: si quis ex hac rōne operatiōes atq3 affectus aīe conabitur assignare: cognitiones īquā sensus: voluptates: dolores: ⁊ cetera istiusmodi. Nam vt p̄us diximꝰ: neq3 vaticiari ex ipis facile possumꝰ.

T.c.74 ¶ Cōplectētibus igit̄ in vnū nūerū ⁊ motū hec quidē accidūt ⁊ multa alia huiꝰ. Nō eni solum diffinitionē aīe īpoīe est huiꝰ esse: sed ⁊ accn̄s. Manifestū est aūt siquis argumētauerit ex ratione hac passiones ⁊ opera anime reddere: vt cogitationes: sensus: leticias: tristitias: ⁊ quecūq3 alia huiusmodi. Sicut eni diximꝰ prius: neq3 diuinare est facile ex ipsis.

¶ Ostēdit insufficientiā p̄dicte diffōnis ex parte accidētiū. Dicit ḡ q̄ q̄ncūq3 diffinitio sufficiēter assignat̄ non solū dz ducere in cognitionē sube rei diffinite: sed etiaz accn̄tiū. Sed si cōplicemus in vnū3 ista duo que posita sunt in diffōne aīe. s. numerū ⁊ motū: nō solū accidūt nobis incōueniētia que dicta sunt circa subam ipsius aīe: sed etiā multa alia: q̄a hec duo nō solū est īpossibile esse diffōnē. i. subam aīe: verū etiā est impoīe q̄ ipsa. s. numerus ⁊ motus sint accn̄tia aīe seu ducāt in cognitionē accidētiū. Nō igit̄ est ꝯgrua diffinitio: cū nō ducat in cognitionē accidentium. Et q̄ non ducat in cognitionem accidentium anime manifestū est siquis ex huiꝰ diffōne conabit̄ passiōes ⁊ opationes aīe assignare: puta rōcinationes: delectationē: tristitiā: ⁊ huiꝰ. Ex ipsis eni. s. ex numero et motu: nō solū nō erit facile deuenire in cognitionē accidētiū ⁊ opationū aīe: sed nec diuinare poterimus ex eis aliquid de ipsis passionibus ⁊ opationibus anime.

¶ Tribus aūt traditis modis quibus antiqui diffiniunt aīa3: duos iā reprobauimus: ⁊ quas hēt vtraq3 sn̄ia dubitationes cōtrarietatesq3 pene diximꝰ: ⁊ ea īquā que maxime motiuū ipsa3 eē ex eo ponit: q̄a seipsam mouet. Et ea que corpus ipsa3 subtilissimarū partiū: aut magis q̄3 cetera īcorporeū esse cēset. Restat igit̄ tertius modus atq3 sn̄ia: que ipsam asserit ex el'ntis cōstare: quā quidē deiceps cōsideremꝰ op3. Atq3 p3 ob hoc ex el'ntis aīa3 cōstare quosdā dixisse: vt sentiat ea q̄ sunt: ⁊ rerū vnāquāq3 cognoscat. At hāc sn̄ia3 multa ꝑfecto comitant̄ absurda: atq3 eoꝝ q̄3plura que fieri nequeūt. Asserunt eni sil'i cognoscere simile: q̄si animas res ipsas esse potentes. Verū nō el'nta sunt solu3 vt p3: sed preter ea multa sunt etiā alia: quin potius infinita fortasse numero: que cōstant ex ipsis ac cōponunt̄. Sit igit̄ ea cognoscere sentireq3 aīam. Ex quibus illorū vnūqđq3 cōponit̄. At totū ipsu3 cōpositū: quo cognoscet queso vel sentiet: vt quid sit deus: vel hō: vel os: vel caro: ⁊ ceteroꝝ cōpositoꝝ vnūqđq3 similiter. Nō eni vnūqđq3 istoꝝ est ipsa el'nta: quouis sese habētia modo sine vllo discrimine: sed ex ipsis vnūqđq3 cōficitur rōne quadam: cōpōneue. Quemadmodū ⁊ Empedocles os ex elementis cōstare censet. Dicit enim.

Ceperat ante duas tellus iustissima vasis.
Aeris ac fontis partes vulcanus ⁊ ipse.
Quatuor ex octo adiunxit quis candida magna.
Vis fecundaq3 nature confecerat ossa.

Nil igitur elementa prosunt: si sint in aīa: nisi rōnes etiā insint: ⁊ cōpositio. Vnūqđq3 eni cognoscet sil'i: os aūt: aut hoīe3 nō cognoscet ꝑfecto: nisi ipsa etiā insint. Hoc aūt nō opus est vnū eoꝝ esse dicere que fieri nequeunt. Quis eni ambiget vnq̄3 si lapis: vel homo: vel equus insit in anima: ⁊ bonu3 similiter: ⁊ non bonum: ⁊ de ceteris identidem rebus.

¶ Tribus aūt modis traditis s̄3 quos diffiniūt aīam: alij q̄dē maxime motiū enūciauerūt ī mouendo seipsa3. Alij aūt corpꝰ subtilissimū: aut incorporalissimū alioꝝ. Hec aūt q̄s dubitationes ⁊ subcōtrarietates hn̄t p̄teriuimꝰ fere. Relinquit̄ aūt cōsiderare q̄uo dr̄ ex el'ntis ipsa3 eē. T.c.75.

¶ Sicūt eni q̄tenꝰ sentiat ea q̄ sūt: ⁊ vnūqđq3 cognoscat. Necessariū aūt est accidere multa ⁊ īpossibilia rōni. Ponūt eni3 cognoscē sil'e sil'i: tanq̄3 ac si aīam res ponētes. Nō sunt autē hec sola: multa v̄o ⁊ alia. Magis autē fortassis īfinita nūero que sunt ex his. T.c.76.

¶ Ex q̄bus igit̄ est vnūqđq3 hoꝝ cognoscere aīam ⁊ sentire: s̄3 cōpositū nō cognoscet: neq3 sentiet: vt q̄d deꝰ aut hō: aut caro: aut os: simil'r aūt q̄dlibet aliud cōpositoꝝ. Nō eni quolibet mōse hn̄tia elementa hoīi vnūqđq3: sed rōne quadā ⁊ cōpositione: sicut Empedō. dicit os ⁊ terra. Terra aūt bene apta in bene amplis receptaculis duas ex octo partibꝰ sortita est: q̄tuor aūt vulcani: ossa autē alba sunt. Nihil igit̄ ꝑfectus est el'nta in aīa eē: nisi ⁊ rōnes inerunt ⁊ cōpositio. Cognoscet eni vnūqđq3 sil'e. Os aūt aut hoīe3 nihil nisi ⁊ hec inerunt. Hoc aūt q̄ īpossibile sit: nihil op3 dicere. Quis eni3 dubitabit si inerit in aīa lapis aut homo. similiter aūt ⁊ bonū ⁊ nō bonū eodem modo ⁊ de alijs. T.c.77

Lectio. XII.

Postq̄3 ph̄s ostēdit supra q̄uo antiqui n̄ales in cognitionē aīe venerūt ꝑ tria. s. ꝑ motu3 ⁊ cognitionē: ⁊ ꝑ esse incorporalissimū: ⁊ disputauit ꝯ illos q̄ venerūt in cognitionē aīe per motū: ⁊ ꝯ illos q̄ dixerūt aīam esse q̄d īcorporalissimū: ⁊ maxīe simplex: hic ꝯn̄r disputat ꝯ illos q̄ dicebāt aīa3 oīa cognoscere: q̄a cōposita erat ex oībꝰ: quoꝝ positio fuit q̄ aīa cognosceret res oēs: ⁊ q̄a cognitio fit ꝑ assimilationē q̄si hoc a lōge diuinātes: dicebāt aīam ad hoc q̄ oīa cognosceret eē cōposita ex oībus: ⁊ q̄ sil'itudo rerū oium eēt in aīa s̄m ꝓpriū modū eēndi. s. corporalē. Vn̄ cū res ꝯstēt ex el'ntis dicebāt q̄ aīa erat cōposita ex oībus el'ntis: vt sentiat ⁊ cognoscat oīa q̄ sūt. Et q̄a p̄ncipalis in hac pōne fuit Empedō. cū poneret aīam cōpositā ex plibꝰ el'ntis q̄3 aliq̄s alioꝝ. ideo ph̄s p̄ncipal'r hic reprobat opionē suā ⁊ disputat ꝯ ea3. Et circa hoc duo facit. Pri̇o eni iprobat opionē Empedō. 2° v̄o quādā alia3. ibi (In toto aūt q̄dē ipsam ⁊c̄.) Improbat aūt opionem Empedō. decē rōnibꝰ. quaꝝ pᵃ talis est. Empe. dicit q̄: q̄a

cognitio-

cognitio fit p similitudinẽ: cũ aĩa cognoscat oĩa oꝫ aĩam cõpositã eẽ ex oĩbꝰ. Sꝫ pꝫ ꝙ huic rõni est necessariũ accidere multa incõuenientia: ⁊ ĩpossibilia. Cõstat. n. ꝙ in q̃lꝫ re nõ sunt hec sola. s. elemẽta: sed multa alia ab elementis. sicut est ꝓportio cõmixtiõis: ⁊ rõ vniuscuiusqꝫ: ⁊ forte sunt infinita numero q̃ accidũt rebꝰ cõpositis ex his. s. elemẽtis: sicut pꝫ in osse. Nã nõ solũ oꝫ cognoscere illa ex q̃bꝰ cõponit̃ os: sed etiã ꝓportionẽ q̃ est iter illa ex q̃bus cõponitur ⁊ rõnẽ ossis: q2 oĩa q̃ sunt cõposita nõ cõsistũt quocũqꝫ mõ se habeant elemẽta: sꝫ q̃dã rõne ⁊ cõpositione. vt. s. sint ꝓportionata adinuicẽꝫ. Nã os cũ habeat octo ptes: sm qd̃ dicit Empe. vnũq̃dqꝫ cõpositũ os habere. 8. partes q̃ nõ equal'r attribuunt̃ oĩbus elementis: sꝫ terra hꝫ ibi duas ptes. Aer hꝫ ibi vnã: aqua simil'r vnã: sꝫ ignis q̃tuor. ⁊ iõ ex maiori participatiõe ignis dicit ossa eẽ facta alba: ⁊ ex terra sicca. Sic ergo in rebꝰ cõpositis nõ solũ sunt ipsa elementa: sꝫ ꝓportio ⁊ rõ vniuscuiusqꝫ. Inde sic. Aut ĝ iste ꝓportiões sunt in aĩa cũ elemẽtis: aut non: si sunt in aĩa. ĝ in aĩa sunt ossa: ⁊ carnes ⁊ hꝰ. ⁊ p ꝯñs hõ ⁊ lapis ⁊ corpa: ⁊ ꝯ̃ria. vñ nullꝰ dubitat ꝙ hec nõ sũt ĩ aĩa. Si v̓o dicas ꝙ nõ sũt ibi hꝰ ꝓportiões ⁊ rões: sꝫ solũ el'ta. tunc aĩa nõ cognoscet ꝓportiões reꝝ: nec ipa cõposita: quõ. n. poterit cog̃scere deũ. s. totũ celũ aut hoĩeꝫ: aut lapideꝫ seu os: nullo mõ cognoscet: sed elementa tm̃. ¶ Scd̃am rationem ponit cum dicit.

¶ Preterea cũ id qd̃ est multipliciter dici soleat: qd̃dã eni substãtiã: quoddã q̃ntitatẽ: aut qualitatẽ: aut aliq̃d aliud enumeratoꝝ iam p̃dicamentoꝝ significant: vtrũ ex vniuersis an nõ ex vniuersis aĩa ꝯstet. At nõ videt̃ cõia oĩum eẽ elemẽta. Ex hisce ne igit̃ solis cõstat q̃ substantiaꝝ sunt elemẽta at quonam pacto ceteroꝝ ẽt vnumquodqꝫ cognõscit. At dicẽt vniuscuiusqꝫ generis elemẽta ꝓpria: atqꝫ p̃ncipia esse: ex q̃bꝰ aĩa ꝯstat: erit igit̃ ipsa q̃ntitas: ⁊ qualitas ⁊ substãtia. At fieri neq̃t: vt ex q̃ntitatis elemẽtis substantia sit non q̃ntitas. Eos igit̃ q cẽset aĩam ex vniuersis ꝯstare: hec ⁊ huiuscemodi alia comitant̃.

T.c.78. ¶ Amplius aũt cũ multipliciter dicatur id qd̃ est: significat. n. aliud q̃dẽ hoc aliquid: aliud ãt q̃ntitatẽ: aut qualitatẽ: aut ⁊ quoddã aliud diuersoꝝ p̃dicamẽtoꝝ: vtꝝ ex oĩbus erit aĩa aut non. Sꝫ nõ vident̃ cõia oĩum eẽ elementa. Si igit̃ q̃cũqꝫ subarũ sũt ex his solũ. Quõ igit̃ cognoscet ⁊ alioꝝ vnũq̃dqꝫ. Aut dicet vniuscuiusqꝫ generis eẽ el'ta ⁊ p̃cipia ꝓpria: ex q̃bꝰ aĩam cõstare. Erit ergo q̃litas ⁊ q̃ntitas ⁊ suba. Sꝫ impossibile est ex quantitatis elementis esse substantiam ⁊ non q̃ntitatẽ. Dicentibus itaqꝫ ex omnibus hec ⁊ huiusmodi alia accidunt.

¶ Que talis ẽ. Tu dicis ꝙ aĩa est cõposita ex p̃ncipijs: sꝫ diuersoꝝ geneꝝ diuersa sunt p̃ncipia: cũ ĝ id qd̃ est. dicatur multipl'r. i. sm diuersa gnã: sicut sube q̃litatis q̃ntitatis ⁊ alioꝝ p̃dicamẽtoꝝ. ĝ erũt diuersa p̃ncipia. Quero ĝ vtꝝ aĩa sit cõposita tm̃ ex p̃ncipijs sube: aut ex p̃ncipijs oĩum geneꝝ: si tm̃ ex p̃ncipijs sube. tũc aĩa nõ cognoscet nisi subas. ⁊ ipsi ponũt eã cognoscere oĩa. Si v̓o cõponit̃ ex p̃ncipijs oĩum geneꝝ. tũc cũ q̃cq̃d est ex p̃ncipijs substantie sit suba: ⁊ ex p̃ncipijs q̃ntitatis sit q̃ntitas: ⁊ sic de singulis: aĩa erit substãtia q̃ntitas: qualitas: relatio: ⁊ hꝰ.

¶ Posset autẽꝫ r̃nderi ꝯ̃ hãc rõneꝫ ArꝪ. ꝙ p̃nª sube sunt ẽt q̃ntitatis ⁊ q̃litatis ⁊ alioꝝ. cũ oĩa fundent̃ supra substãtiã. ⁊ iõ non opꝫ ꝙ sint in aĩa aliq̃ alia p̃ncipia: q̃ꝫ p̃nª sube: ⁊ nihilominꝰ cognoscet oĩa. ¶ Ad h̃ dñm ꝙ q̃libꝫ res hꝫ p̃ncipia ꝓxima ⁊ remota: ⁊ cognitio oꝫ ꝙ sit p p̃nª ꝓxima. Principia autẽꝫ sube: lꝫ sint p̃nª alioꝝ sunt tñ remota ⁊ nõ ꝓxima. ⁊ iõ per ea nõ põt haberi cognitio nisi de substãtia. ¶ Tertiã rõnem ponit cũ dicit.

¶ Absurdũ est ẽt simile q̃dẽ a simili nõ pati dicere: simile v̓o sentire simile: simileqꝫ cognoscere simili putare atqꝫ asserere. Deide sentire: pati quoddaꝫ esse: moueriqꝫ põere: ⁊ itelligere similiter ⁊ cognoscere.

¶ Inconueniẽs aũt est dicere quidẽ impassibile eẽ simile a simili: sentire autẽ simile simili: ⁊ cognoscere simile simili. Sẽtire aũt pati aliq̃d ⁊ moueri ponunt: similiter autem cognoscere ⁊ intelligere. T.c.79.

¶ Que talis est. Rõ q̃re aĩa sit cõposita ex oĩbus elemẽtis est: q2 aĩa cognoscit oĩa: ⁊ cognitio est p similitudinẽ ꝯ̃. Cõstat. n. ꝙ sentire ⁊ cognoscere est pati aliq̃d: sꝫ icõueniẽs est dicere ꝙ simile patiat̃ a simili: sꝫ a ꝯ̃rio. ĝ ⁊ incõueniens est dicere ꝙ sentire seu cognoscere sit simile simili. ¶ Quartam rõnem ponit cum dicit.

¶ At qui multas dubitationes: ac difficultates Empedoclis habere sentẽtiam: corporeis inquã elemẽtis ⁊ similibus cognosci res singulas: testat̃ id qd̃ experientia late patet. Partiũ enim aĩaliũ: corporum ea q̃ sunt simpliciter terre: vt ossa: nerui: pili: nihil sẽtire videt̃. Quare neqꝫ similia sibi. At oportebat tñ.

¶ Multas aũt dubitationes ⁊ difficultates habẽre ipso dicere sicut Empe. ꝙ corporeis elementis singula cognoscuntur ⁊ ad simile: testatur qd̃ nunc dictum est. Quecunqꝫ enim insũt in animalium corporibus simpliciter terre: vt ossa nerui pili nihil sẽtire videntur: quare neqꝫ similia: ⁊ tamen conueniret.

¶ Que talis est. Ex hoc qd̃ dcm̃ est superiꝰ testat̃ ꝙ dcm̃ Emp. s. ꝙ sile sili cognoscat̃ hꝫ multas dubitatiões ⁊ difficultates. Sꝫ adhuc ẽt magis appꝫ difficile ⁊ ĩproprie dcm̃. Nã si aĩa cognosceret sile sili. sicut Emp. dic̃. tũc seq̃t̃ ꝙ el'tum aeris cognoscat aerẽ: ⁊ sic de alijs. Sed nos videmus ꝙ multe partes terre sunt in aĩali q̃ nihil sentiũt. sicut pili: ⁊ ossa ⁊ nerui: tñ ꝯueniret ꝙ sentirẽt sꝫ positionẽ eoꝝ. ĝ nõ cognoscit̃ sile sili: vel ẽt nõ est cõposita ex oĩbus el'tis. ¶ Quintã rõnem ponit cũ dicit.

¶ Preterea cuiqꝫ p̃cipioꝝ maior ignoratio q̃ꝫ cognitio ierit nimiꝝ. Vnũquodqꝫ. n. cognoscet vnuꝫ: multa aũt ignorabit: cetera nãqꝫ oĩa.

¶ Amplius autem vnũquodqꝫ principiorum ignorantia plus q̃ꝫ intelligẽtia existet. Cognoscet quidem enim vnum quodlibet: multa autem ignorabit: omnia enim alia. T.c.80.

¶ Que talis est. Adhuc ex põne Empe. ꝙ sile cognoscat̃ sili: seq̃t̃ aliud incõueniẽs. s. ꝙ p̃ncipiũ hꝫ plus de ignorantia q̃ꝫ de itelligẽtia. Si. n. cognitio est p sile tm̃: ⁊ p̃ncipiũ q̃dlibet sit simplex ⁊ nõ hꝫ alicuiꝰ silitudinẽ in se nisi suã: nõ cognosceret nisi seipsum: ⁊ ignorabit multa oĩa. s. q̃ sunt alia ab eo. ¶ Sextã rõnẽ ponit cum dicit.

¶ Fit ēt Empedoclis eadē snia: vt deus sit amentissimus: quippe cum ipse solus vnū elemētoꝝ nō cōprehēdat: ipsam discordiam inquā: mortalia vo cūcta cognoscant. Cū ex vniuersis singula ꝯstēt.

¶ Accidet aūt ⁊ Empedocli insipientissimum esse deū. Solus.n. elementoꝝ vnum nō cognoscet discordiā. Mortalia aūt: omnia. Ex omnibus enim vnūquodqꝫ est.

¶ Que talis ē. Adhuc ēt ex dictis pōne.s. ꝙ simile cognoscāt sibi: accidet aliud icōueniēs Empe. hoc videlꝫ ꝙ deꝰ sit insipiētissimꝰ oium aialiū. Qd̄ ex hoc seqꝛ. Sciēdūꝫ eni ꝙ sicut dcm̄ est. Empe. posuit ista oia inferiora cōposita esse ex q̄tuor eltis: ⁊ ex lite ⁊ amicitia: ⁊ ꝙ gnātio ⁊ corruptio ꝓuenit in rebꝰ ex istis duobꝰ.s. lite ⁊ amicitia. Celū vo dixit eē deū: ⁊ dixit ꝙ erat cōpositꝰ ex quatuor eltis: ⁊ amicitia: sꝫ nō ex lite: ⁊ iō est incorruptibile. Si ḡ simile cognoscit simili: cū deus nō sit cōpositꝰ ex lite: nō cognoscet litē: ⁊ sic erit simpliciter insipiētior ceteris animalibus que cognoscūt litē cuꝫ sint composita ex ea. ¶ Septimam rationem ponit cū dicit.

¶ Preterea dicat oportet oino: quaꝫ ob cām nō habēt aiam oia: cū oē qd̄ ē: aut sit elemētum: aut ex elemēto vno: vel plibꝰ: vel oibꝰ ꝯstat. Necesse ē.n. oē qd̄ ē: aut vnū qd: aut q̄dā: aut vniuersa cognoscē.

¶ Omnino aūt ꝓpter quā causam non oia hn̄t aiam que sunt. Quoniā oia aut elemētum: aut ex elemēto: aut vno: aut pluribus: aut omnibꝰ. Necesse enim est vnum aliquod cognoscere: aut quedam: aut omnia.

¶ Que talis est. Si aia est cōposita ex oibꝰ eltis: sequitur ꝙ oia q̄ sunt hn̄t aiam. oē.n. qd̄ est aut est ex oibꝰ elemētis: aut ex aliqbꝰ: sꝫ oē qd̄ est cōpositū ex eltis: aut ex elemētatis est corpus. ḡ oia corpora hn̄t aiam: ⁊ oia q̄ sunt: qd̄ falsum est. ¶ Octauā rōnem ponit cum dicit.

¶ Dubitabit ēt nō iniuria q̄spiā quidnā id sit qd̄ ipsa ꝯtinet. atqꝫ vnit. Elemēta nāqꝫ materiei similia sūt. Atqꝫ p̄stabilissimū id esse patet: qd̄ ꝯtinet: qcqd id tādē sit. At neqt esse qcq̄ꝫ p̄stabilius aia: qd̄ quidem dn̄etur. Et magis ēt itellectu. Maxime aūt rōni cōsonū est hūc oia p̄cessisse: ⁊ p̄stantissimū oium: ⁊ nā diuinū eē. Illi aūt elemēta ea que sunt p̄cedē cēsēt.

¶ Dubitabit autē vtiqꝫ aliquis: ⁊ quid est vnū faciens ipsa. Materie enim cōparanꝭ elementa. Maxime aūt ꝓprium est illud ꝯtinens qd̄cūqꝫ est. Anima autē aliquid esse melius ⁊ antiquius ipossibile est. Impossibilius autē adhuc intellectu. Rationabilissimū aūt esse hunc nobilissimum ⁊ diuinū ſm naturā. Elementa aūt dicunt esse prima entium.

¶ Que talis est. Elemēta sunt plura ⁊ ꝯria: vbicūqꝫ autēꝫ aliq̄ ꝯria ꝯueniūt ⁊ cōponūtur: opꝫ ꝙ sit aliqd aliud qd̄ ꝯtineat ⁊ faciat ipsa vnū. Si ḡ aia est cōposita ex oibus eltis: opꝫ ꝙ sit aliqd aliō ꝯtinēs illa. Sed hoc est valde dubiū qd sit: qꝛ sic eēt nobilꝰ ⁊ p̄us aia: qd̄ est ipole: ⁊ ad minꝰ de intellectu: qꝛ valde rōnale est ꝙ intellectus sit nobilissimus oium ⁊ diuinꝰ ſm nām. Itē sequereꝭ ꝙ illud eēt p̄us q̄ꝫ elemēta: qd̄ est falsum: qꝛ Empe. ⁊ aliȷ dicūt elta esse p̄ma inter oia entia. Nō ē ḡ aia cōposita ex elementis. ¶ Nonā rōnem ponit cum dicit.

¶ At.n. nemo prorsus de oi aia dixit: nec eoꝝ qui cēsēt ipsaꝫ ex elemētis iō ꝯstare qꝛ sentit. cognoscitqꝫ ea q̄ sunt: nec ēt eoꝝ q maxime motiuū ipsam asserunt esse. Nō.n. omnia mouenꝭ que sentiūt. Sūt eni aialia nōnulla: que nō mouentur loco: ⁊ tn̄ hoc solo motu aia videꝭ aial agitare. Similiter ⁊ eoꝝ qui taꝫ sensitiuuꝫ q̄ꝫ intellectiuū ex elemētis ꝯficiūt: nemo aiam oēm cōplectiꝭ. Viuere nāqꝫ videntur plante: at expertes sunt tn̄ ⁊ lationis ⁊ sensus. Animalium quoqꝫ cōplura sunt: q̄ mēte rōneqꝫ vacāt. Qd̄ si qs ⁊ hec illis ꝯcesserit: itellectiuūqꝫ partem esse posuerit aie: ⁊ idētidē sensitiuū: neqꝫ sic de oi aia: neqꝫ de vlla tota dicere videbūtur. In hoc eodē errore videꝭ esse ⁊ ea snia: q̄ carminibꝰ Orphicis ferꝭ. Dicit eniꝫ Orpheus aiam ferri ventis: ⁊ ex toto ingredi respiratione. Id aūt nequit ipsis accidere plātis: neqꝫ q̄busdā itidē aialium. Quippe cū haud vniuersa respirēt. Qd̄ qdā eos p̄teriȷt: q ita de aia censuere.

¶ Omnes aūt ⁊ qui ex eo qd̄ cognoscit ⁊ sentit T.c.83.
aia: que sunt ex elementis dicunt ipsam ⁊ q ma
xime motiuum non de omni dicunt aia. Neqꝫ
enim sensitiua omnia motiua. Videntur enim
esse quedā aialium mouentia ſm locum: ⁊ ta
men videꝭ hoc solo motu mouere aia animal.
Similiter aūt ⁊ quicūqꝫ itellectiuū ⁊ sēsitiuū
ex elemētis faciūt. Videnꝭ.n. plāte viuere non
participantes loci mutatione neqꝫ sensu: ⁊ ani
maliū multa intelligentiaꝫ nō habere. ¶ Si āt T.c.84
aliquis ⁊ hec segregauerit: posueritqꝫ intelle
ctum partē aliquā anime: similiter autē ⁊ sensi
tiuuꝫ: neqꝫ vtiqꝫ sic dicet de omni anima: neqꝫ
de tota: neqꝫ de vna. Hoc aūt sustinuit ⁊ que ē
in Orphanicis vocatis carminibus ratio. Di
cit.n. aiam ex toto ingredi respirantiū que ferꝭ
a ventis. Nō possibile itaqꝫ plantis hoc accide T.c.85.
re: neqꝫ animalium quibusdam: siquidem nō
oia respirāt. Hoc aūt latuit sic opinantes.

¶ Et ondit defectū ⁊ insufficiētiā positiōis Empe. ⁊ aliorū oium q ꝯsiderāt aiam ex motu seu sensu: que talis ē. Apparet ēt ꝙ oēs ⁊ qcūqꝫ dixerūt aiaꝫ eē aliqd motiuū ſm locū isufficiēter dixerūt. Nā multa aiata sunt q̄ non mouenꝭ ſm locū: sꝫ manēt: sicut plāte ⁊ alia hō. Silr āt ⁊ illi q dixerūt aiam eē qd itellectiuū ⁊ sensitiuū insufficiēter dixerūt. Nam multa sunt aiata: que neqꝫ sentiūt: neqꝫ itelligūt. Si vo aliqs hoc segregauerit.s. itellectiuū sensitiuū ⁊ motiuū: ⁊ dicat itellectiuū vnā pteꝫ anime: ⁊ silr sensitiuū: nō tn̄ pp̄ h̄ dicet de oi aia cū nō oēs anime sint itellectiue. Neqꝫ de tota: cū intellectiuū ⁊ sensitiuū sint ptes aie. Neqꝫ de vna: qꝛ sic nō diceret oēs ꝓprietates aie cuiuscūqꝫ: cū in aia sint alie ꝓprietates: q̄ꝫ sint intelligere ⁊ sentire. Et qꝛ qdā p̄hs q vocatꝰ est Orpheus defectiue ēt de aia locutꝰ est: q̄si in similē defectū icidit. iō hic adiungit eiꝰ defectū. ¶ Sciēdū ē aūt ꝙ Orpheꝰ iste fuit vnꝰ d̄ p̄mis p̄his q erāt q̄si poete theologi loquētes metrice de p̄hia ⁊ de deo: ⁊ fuerūt tn̄ tres: Samius.

Orphe°: τ qdā ali°. Et iste Orphe° p̄ induxit hoies ad habitādū simul: τ fuit pulcherrim° ꝯcionator: ita q̄ hoies bestiales τ solitarios reduceret ad ciuilitateȝ. Et ppter hoc di de eo q̄ fuit optimus citbared° intātū q̄ fecit vť faceret lapides saltare. i. ita fuit pulcher concionator: q̄ hoies lapideos emolliuit. Post hos vo tres fuerunt. 7. sapiētes: quoꝝ vn° fuit Thales. Dic ḡ Orphe° volebat q̄ totus aer aiatus eēt τ aia quedā: τ q̄ aia corpoꝝ viuētiū nihil aliud eēt: nisi illud qd̄ attrahit aial de aere animato p respirationē: τ hoc dicebat metrice. Et iō dicit ph̄s q̄ rō Orphei que est in metricis carminib° de aia sustinuit eūdē defectū quē sustinuerūt rōnes p̄cedētiū: qꝛ sicut dcm̄ est ipse voluit q̄ illud esset aia: qd̄ attrahiť per respirationē aialiū. Sed h̄ insufficiēter dictū est: qꝛ multa aialiū sunt que nō respirāt: hoc aūt .s. q̄ aialia multa non respirant latuit illos qui fuerunt predicte opiniōis. Et sic patet q̄ isti reprehenduntur de insufficientia.

¶ Decimam rationem ponit cum dicit.


¶ At vo si conficere animaȝ ex elementis oportea: nō ex vniuersis cōtinuo conficiēda esse videtur. Altera nāqȝ pars contrarietatis sufficiens est seipsam oppositamqȝ discernere. Recto enim τ ipsum rectū (vt patet) τ obliquum cognoscimus. Regula nāqȝ iudex ē vtriusqȝ. At obliquū: nec sui plane nec recti.

¶ Si vo ex elītis animā facere opȝ: nihil oportet ex oibus. Sufficiens.n. est altera pars ꝯtrarietatis seipsam diiudicare τ oppositā. Recto enim τ ipsum τ obliquum cognoscimus. Judex.n. vtroꝛumqȝ canon est recto. Obliquum autem neqȝ sui ipsius neqȝ recti.

¶ Et arguit eos de superfluitate: q̄ talis est. Dicunt.n. isti q̄ ad hoc q̄ aia cognoscat: oȝ q̄ sit cōposita ex elemētis: sed cū nos videamus q̄ cognitio ois rei possit haberi p pauciora. ergo τ si ꝯcedať aiam cōponi ex elementis: nō tñ dȝ dici cōposita ex elementis oib°: sȝ ad plus ex duobus. Et q̄ cognitio habeať p pauciora pȝ: qꝛ cū cōpositū cōstet ex aliquo pfecto τ impfecto: rō cognoscēdi iperfectū est pfectū: τ cū ꝯ̄ria reducanť in p̄uationē τ habitū: sufficiēs est altera ps. s. illa q̄ se hȝ p modū habit° τ pfecti ad cognoscēdū seipsam τ alterā ptē: q̄ est p modū priuatiōis τ impfecti. Nā p rectū diiudicam° τ cognoscim° ipm rectū: τ ēt obliquū (Canō enī). i. regula ē illud p qd̄ hr̄ iudiciū de vtroqȝ. Per obliquū vo: nec ipm cognoscimus: nec rectū. Nō ḡ fuit necesse aiam facere. i. eā cōponere ex oib° eltis: sȝ ex duob° tm̄. s. ex igne τ terra: τ p h̄ cognosceret τ seipsam τ ꝯ̄ria: sicut p ignē cognosceret calida τ frigida: p terrā sicca τ humida.

¶ Sunt τ qui in toto vniuerso permixtam ipsam inquiunt esse: quocirca forsitan τ Thales omnia plena deoꝛum esse putauit.

T.c.86. ¶ Et i toto aūt qdē ip̄az misceri dicūt. Vñ fortassis τ Thales opinatus est omnia esse plena dijs. Lec. XIII.



Ostq̄ Ph̄s posuit opiniōes ponētiū aīaȝ eē ex eltis τ rōnes ipoꝝ: τ iprobauit eas: h̄ ex incidēti ponit opionē quoꝛūdā dicētiū aīaȝ eē in eltis. Et circa h̄ duo facit. Prio.n. pōit opinionē. Scdo vo rōnē opiniōis. ibi (Opinari aūt.) Circa p̄m duo facit. Prio ponit opinionē. Scdo improbat eā. ibi (Hoc aūt τc.) Dicit ḡ q̄ sunt qdaȝ q dicūt aiam misceri in toto vniuerso: ponētes eā tā in elemētis q̄ i elemētatis. Vñ qdā Ph̄s noie Thales fortassis motus ab hac opiniōe: opinatus est oia plena eē dijs. Volebat.n. q̄ totū vniuersum eēt aiatū τ ei° aia eēt deus. Unde sicut aia est in q̄libet pte aialis: τ tota: ita volebat q̄ i q̄libet pte vniuersi eēt de°: τ sic oia eēnt plena dijs: τ forte ex hoc ꝓuenit idolatria. ¶ Cōsequēter cū dicit

Opio ponētiū oia esse plena dijs.

¶ Hoc autē dubitatiōes hȝ nōnullas. Quā enim ob causam aia in aere quidē: vel igne si inest: non facit animal: in mixtis autem facit. Presertim cuȝ in illis videať esse p̄stantior. Queret etiam quispiam quam ob cām anima ea que est in aere p̄stabilior est ac immortalior ea q̄ in animalibus iest. Utrobiqȝ autem emergit quoddaȝ absurdū: τ rōnis egrediēs metas. Nam ignē: aut aerē animal eē dicere: rōnis egrediť fines: τ asserere rursus aialia non eē si insit in ipsis anima: perabsurdum est sane.

¶ Hoc aūt hȝ quasdā dubitatiōes: ꝓpter quam enim cām in aere aut in igne aia cum sit nō facit animal in mixto: τ hic in his melior esse putata. Queret.n. vtiqȝ aliquis quā ob cām que i aere aia: ea que in aialibus melior τ imortalior. Accidit autē vtrobiqȝ incōueniēs τ irrationabile.

¶ Et nāqȝ dicere aial ignē aut aerē: magis irrationabilium est: τ non dicere animalia cuȝ anima insit: inconueniens est. T.c.87.

¶ Improbat hāc opinionē dicēs: q̄ h̄. s. q̄ aia sit in eltis τ in elemētatis: hȝ q̄sdā dubitatiōes τ oppōnes: q̄rū vna est: qꝛ si aia est in aere τ in igne (in istis.n. duob° dicebāt maxime eā eē) difficile erit eis dicere pp quā cāȝ aia in eis nō facit aial. i. quare ista non sunt aialia: cū in mixtis aia faciat aial. i. mixta aiata sint aialia. p̄cipue cum putādū sit q̄ hec. s. aia sit q̄ melior in eltis simplicibus q̄ in eltatis. Alia dubitatio est: qꝛ q̄ret aliqs ex his vtiqȝ motus: q̄re aia q̄ s̄m ipsos est in elementis: est melior τ immortalior q̄ aia q̄ est in elemētatis: cur hec q̄ est in elemētatis ꝯstituat aial: τ cognoscēs τ sentiēs: illa vo q̄ ē in elemētis nō ꝯstituat. Ex his aūt dubitationib° quecūqȝ ponať accidit inconueniens τ irrationabile: qꝛ dicere q̄ ignis siue aer sit aial. vt p̄mo dubitať: est maxime icōueniēs τ ad sensum apparet falsum: τ est dcm̄ nō habētiuȝ rōnem. Et nō dicere ea in q̄bus est aia eē aialia valde incōueniēs ē. Nā s̄ȝ h̄ in nullo differt iter eē aiaȝ i aliquo corpore τ nō eē. ¶ Cōsequēter cum dicit.

¶ Videntur autē ideo putasse in his animam esse: qꝛ totū τ partes eiusdē sunt speciei. Quare necesse est ipsos: τ aiam: τ partes eiusdem esse dicere speciei: si animalia ex eo fiunt animantia qꝛ in ipsis aliqua pō continentis recipitur.

¶ Opinari autem videnť animā esse in his: qm̄ totum partib° similis spēi. quare necessariū ipsis dicere animaȝ τ similis speciei partibus esse: si intercipi aliquid continentis in animalibus animata animalia fiunt. T.c.88.

¶ Ponit rōneȝ p̄mi iste opinionis. Et circa hoc duo facit. Prio ponit rōnem: τ improbat eā. Scdo ꝯcludit qd manifestū sit ex oībus que dicta sunt. ibi (Manifestuȝ igiť τc.) Circa p̄m duo facit. Prio.n. ponit rōnē opinionis dicēs: q̄ rō quare dicti phi opinari videnť aiam eē in his

.i.in oibus elmtis:est qz ipsi volebant q toti z ptes i elemētis cū sint simplicia:q essent similis spēi. Un cuz viderent z opinarētur q pars ptinētis.i.aeris itercepta in corporibus aialiū per inspirationez z respirationē fit cā qre aialia fiāt aiata:z sit aia:necesse erat eis dicere (aiaz esse similis speciei partibus).i.totum continens esse aiatum. ¶ Secundo vo cum dicit.

¶ Quod si aer quidē discerpt⁹ eiusdē est speciei: anima autē z dissimilium partium:patet aliam ipsi⁹ partem inesse:aliam non inesse. Necesse est igitur ipsam aut similiū esse partium:aut non in quacunqz totius inesse parte.

¶ Si aūt aer quidez discerptus similis speciei. anima autē dissimilis partis: hec quidez aliqd ipsius existet:aliud autem non existet. Necesse est igitur ipsam similis partis esse:aut non esse in qualibet parte omnis.

oī sensu ꝛc̄.)In 3° de itellectiuo.ibi(De pte āt aie q̄ co-
gnoscit ꝛc̄.)In 4° de motiuo ꝼm locū.ibi(De mouente
aūt ꝙ forte aie sit ꝛc̄.)De appetitiuo aūt nō facit spāleꝫ
tractatū:qa appetitiuū nō ꝯstituit aliquē spālē gradū vi
uentiū:ꝛ qa sil' cū motiuo de eo determinaꝫ.Pria āt ps
diuidiꝫ in duas.In pma pmittit q̄dā que sunt necīa ad
cognitionē ptis vegetatiue.In 2ª determinat de pte ve-
getatiua.ibi(Qm̄ aūt eadē potētia aie vegetatiue ꝛ gña
tiue ꝛc̄.)Pria diuidiꝫ in duas. In pma dicit de quo est
intētio.In 2ª manifestat q̄dā q̄ ptīgunꝫ ad cognē ptis
vegetatiue.ibi(Nālissimū eni opeꝝ ꝛc̄.)Cōcludit ergo
pmo ex pdictis ꝙ cū dicēdū sit pmo de obiectis ꝛ actibꝰ
ꝙ̃ de potētys.ꝛ pmo de pª poª:ꝙ̃ de ꝯsequētibꝰ seqꝫ ꝙ h
dicendum est de alimento quod est obiectum anime ve-
getatiue:ꝛ de generatione que est actus eius. Ideo pmo
dicenduꝫ est de obiecto ꝛ actu huiusmodi partis ꝙ̃ alia-

rū:quia ista pars est p̄ma īter alias ptes anime in subiectis in qbus inuenit̄ cū alijs:est enim quasi fundamētū aliarū:sicut esse naturale ad qđ pertinent opationes ei⁹: est fundamentum esse sensibilis ⁊ intelligibilis. Et alia ratio est quare prius de ea dicendum est:qa ipsa est cōis oībus viuentibus.ipsa eni separatur ab alijs:sed alie nō separantur ab ea:⁊ de cōibus prius est agēdū. Huiusmodi autem partis opera sunt generare ⁊ alimento vti.⁊ iō de istis primo agendum est. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hec enim operatio maxime omnium operationū viuentibus est naturalis: viuentibus inquam hisce que sunt perfecta nō membris capta : quecꝫ nō sine semine oriuntur: vnūqđqꝫ inquā aliud sibi simile procreare:animal quidē animal:planta autē plantā: vt sint semper hoc pacto conditionēqꝫ subeant quoad possunt diuinā. Id enim ipsum appetunt vniuersa: gratiaqꝫ ipsius omnia agunt:quecūqꝫ fm naturam agunt. Duplex est autē id causa cuius cetera fiunt: atqꝫ vnum est quod:alterum quo. Cū igitur semper esse cōditionemqꝫ diuinā subire. Continuatione nequeant animantia:qa fieri nequit vt caducorū atqꝫ mortaliam quicꝫ idem vnūqꝫ numero semper permaneat:vt vnūquodqꝫ potest:sic eternitatis conditionisqꝫ diuine particeps est:aliud quidem magis: aliud aūt minus. Permanetqꝫ non ipsuꝫ:sed tale q̄le est ipm:numero qdē non vnum:specie aūt vnū.

¶ Naturalissimū eni operū viuentibus quecūqꝫ perfecta ⁊ non orbata:aut generationē spōtaneam habent:facere alterū quale ipsum:aīal quidē aīal.planta autē plantam:quatenus ipso semp ⁊ diuino esse ⁊ imortali participent fm ꝙ possunt. Omnia enim illud appetunt:⁊ illi⁹ causa agunt omnia quecūqꝫ agunt fm naturā.

T.c.35. Id auteꝫ qđ cuius causa fit:dupliciter est:hoc quidem cuius:illud vo quo. Quoniam igitur cōmunicare non possunt ipso semper ⁊ diuino continuatione:ppter id qđ nihil contingit corruptibilium idē ⁊ vnū numero permanere:fm ꝙ potest pticipare vnumqđqꝫ sic cōmunicat: hoc quidem magis:illud vo minus. Et permanet non idem:sed vt idem;numero quidem nō vnum:specie autem vnum.

¶ Determinat quedā que precxigunt̄ ad cognitionē partis vegetatiue. Et diuidit̄ in duas partes. In prima ostēdit ꝙ generare pertinet ad partem vegetatiuā : qđ ideo necessarium fuit:qa supra huic parti non attribuit generationē:sed solum augmentum ⁊ decrementuꝫ. In scđa ostēdit ꝙ opera potentie vegetatiue sint ab aīa:qđ ideo necessarium fuit:qa cum his operibus deseruiant qualitates actiue vel passiue posset alicui videri ꝙ cēnt a natura ⁊ non ab aīa:⁊ precipue qa in plātis est vita occulta ⁊ latens:⁊ hoc ibi(Est auteꝫ aīa viuentis corpis ⁊c̄.) Primū ostendit tali ratione. Oīs operatio que naturalr inuenitur in oībus viuentibus pertinet ad potentiaꝫ vegetatiuā fm quā p̄mo viuere inest oībus:vt dictū est:sꝫ generare naturalr inest oībus viuentibus:ergo pertinet ad potentiā vegetatiuaꝫ. Dicit ergo ꝙ ideo generare est opus aīe vegetatiue : qa inter alia opera est magis nāle oībus viuentibus. Et dicit̄ naturalissimū:qa in hoc cōuenit etiam cū alijs rebus inaīatis que gñationē habent:lꝫ alio modo:habēt eni inaīata gñationē ab extriseco generante:sed viuētia a p̄ncipio intrinseco īquātū generant̄ ex semine qđ proficit in rem viuā. Sed ab ista generalitate viuentiū excipiunt̄ tria qbus hoc opus nō cōpetit. Primo illa que sunt imperfecta:sicut pueri nō generāt. Qđ eni potest alterū facere tale quale ipsum est in vnoquoqꝫ genere perfectū est. Scđo excipit illa que patiūt̄ aliquē defectū alicuius principij nālis:sicut sunt spadones ⁊ frigidi. Tertio aīalia ⁊ plante que generantur sine semine ex putrefactione. In his eni ppter sui īperfectionem sufficit ad eorū pductionem agens vniuīe.s.virtus corporis celestis ⁊ materia disposita. In aīalibus autem perfectis plura requirunt̄ p̄ncipia:nō eni agens vniuīe sufficit:sed requirit̄ agens ppriū vniuocū. Dicit ergo ꝙ viuentia possunt facere alterū quale ipsa sunt(quecūqꝫ sunt perfecta)ad excludendū pueros(et nō orbata.)ad excludendū eunuchos:⁊ habētes siles defectus.(aut q̄cunqꝫ non hñt generationē spontaneā.)ad excludendū ea que generant̄ ex putrefactione:que dicunt̄ quasi spōte nasci:qa pducunt̄ ex terra sine semine per illā silitudinē que dicit̄ aliquis sponte facere illud ad qđ ab extrinseco nō īducit̄. Sic aūt intelligit̄ ꝙ res viua facit alterū q̄le ipsum est:qa aīal facit aīal:⁊ plāta plantā. Et vlteri⁹ fm spēm tale aīal facit tale aīal.vt hō generet hoiem:et oliua oliuā. Ideo aūt est nāle viuētibus facere alterū tale q̄le ipsuꝫ est(vt semp pticipent fm ꝙ pñt diuino ⁊ imortali.)i.vt assimilent̄ ei fm posse. ¶ Cōsiderādū est eni ꝙ sic sūt diuersi gradus pfectiōis in aliq̄ vno ⁊ eodē qđ exit de potētia in actū:ita etiā sunt diuersi gradus pfectionis in diuersis entibus:vñ quāto aliqd fuerit magis perfectū:tāto pfectiorib⁹ magis assimilat̄. Sic igit̄ vnūqđqꝫ qñ fuerit exiēs de potētia in actū : cū fuerit in potētia ordinat̄ ad actū ⁊ appetit ipsuꝫ nāliter:⁊ cū fuerit in actu min⁹ pfecto desiderat actū pfectiorē:ita vnūqđqꝫ qđ est in iferiori gradu reruꝫ desiderat assimilari supiorib⁹ quātū pōt. Et hoc est qđ subiūgit ꝙ(oīa appetunt illđ.)s.assimilari diuo ⁊ imortali.(et illius cā agūt q̄cūqꝫ nālr agūt.) ¶ Sꝫ itelligēdū est ꝙ id cui⁹ cā agit̄ dicit̄ duplr.vno mō id cuius causa agit̄ directe:sic sanitatis causa agit medicus. Alio mō sicut quo. Qđ pōt itelligi duplr.vno mō vt intelligamus ꝙ finis dicit̄ et subm habēs id cuius causa agit̄:vt si dicamus ꝙ finis medicine est nō tm̄ sanitas:sed corpus hñs sanitatē.alio modo vt dicamus ꝙ finis est nō tm̄ p̄ncipale intentū:sed etiaꝫ illud quo illud adipiscimur:vt si dicam⁹.ꝙ finis medicine est calefacere corp⁹:qa a calore habet̄ eq̄litas cōplexionis:que est sanitas. Sic igit̄ et hoc pōt dici ꝙ ipsum esse perpetuū est cuius causa agit̄:vl̄ res habēs perpetuitatē:cui nālia intēdunt assimilari per gñationē:in quo.s. est perpetuitas:vel etiā ipsa gñatio qua ppetuitatē adipiscunt̄. Quia igit̄ nō possunt cōicare iferiora viuentia ipsi esse sempiterno ⁊ diuino per modū cōtinuationis.i. vt maneant eadē numero ppter hoc ꝙ nihil corruptibilium cōtingit vnū ⁊ idē numero permanere semp:cū necessitas corruptionis sit necessitas absoluta:vtpote pueniens ex ipsa materia:nō ex fine:sequit̄ ꝙ vnūqđqꝫ cōicet perpetuitate fm ꝙ pōt:hoc quidē magis qđ est diuturnus:illud vo minus qđ est minus diuturnū:⁊ tm̄ pmanet semp p gñationē:nō idē simplr.(sꝫ vt ideꝫ.)i.in sili fm spēm. Unde exponēs qđ dixerat:subdit ꝙ nō permanet vnū numero qđ est esse vnum simplr:sed permanet ideꝫ specie:quia vnumqđqꝫ generat sibi simile fm speciem. ¶ Deinde cum dicit.

4° metheo. t.c.19.

¶ Est

¶ Est autē anima corporis causa: principiūq; viuē/tis. Atqui cū multifariā hec dicantur: aīa pari mō tribus determinatis modis causa est. Nam est cā a qua pfluit motus: est etiā grā cui⁹ cetera fiūt: est in/super vt forma corpoꝝ aīatoꝝ: substantiaue.

T.c.36. ¶ Est autem anima viuentis corporis causa et principium. Hec autem multipliciter dicuntur. Attamē aīa fm determinatos modos tres causa dicitur. Etenim vnde motus causa est: et cuius causa: et sicut substantia animatorum corporum anima causa.

¶ Ostendit q̄ opera que attribuunt potētie vegetatiue sunt ab aīa. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit veritatē. Scdo excludit errorē. ibi (Empedocles aūt nō bene dixit ꝛc.) Circa primū duo facit. Primo pponit qd̄ intēdit: et dicit q̄ aīa est pncipiū et causa viuētis corporis. Et cū pn̄m et causa dicat multiplr: aīa dicit tribus modis pncipiū et causa viuētis corpis: vno modo sicut vnde est pncipiū motus. Alio mō sicut cui⁹ causa. i. finis. Tertio sicut substantia. i. forma corpoꝝ animatoꝝ. ¶ Secūdo ibi.

¶ Atq; causam vt substantiā animantiū esse non est obscurum. Cām nāq; cunctis vt sint formam ipsam atq; substantiā esse patet. At viuere viuentiū est eē: cuius sane causa est vt cōstat: atq; principiū anima.

T.c.37. ¶ Qd̄ qdē igit sit sicut suba: manifestū est. Cā enim ipsius eē oībus suba est. Uiuere aūt viuētibus esse est. Causa aūt et principiū horū aīa.

¶ Probat qd̄ supposuerat. Et pmo q̄ aīa sit causa viuentis corpis vt forma: et hoc duplici rōne: quarū pma talis est. Illud est causa alicuius vt suba. i. vt forma: qd̄ est cā essendi. Nā per formā vnūqdq; est actu. Sed aīa viuentibus est causa essendi: per aīam eni viuunt: et ipsum viuere est esse copꝝ. ergo aīa est cā viuentis corpis vt forma. ¶ Secundam rationem ponit ibi.

¶ Preterea actus ei⁹ qd̄ est potētia: ratio est eiusdē: vt anima viuentis est corporis actus.

¶ Amplius aūt eius qd̄ potētia: rō actus est.

¶ Que talis est. Id qd̄ est actus alicui⁹ est ratio et forma eius qd̄ est in potentia. Sed aīa est actus corporis viuentis vt ex supiorib⁹ pz. ergo aīa est rō et forma viuentis
t.c.6. corporis. ¶ Secundo ibi.

¶ Patet etiā aīam esse causam: vt id gratia cuius cetera fiunt. Nam vt mens: sic et natura alicuius gratia facit: qd̄ quidē ipsius est finis: atq; tale est i ipsis viuentibus aīa: et fm nām vniuersam. Nāq; naturalia corpora tā aīalium q̄ etiā plātarū ipsius anime sunt instrumēta. Quo fit vt ipsa sint aīe sine controuersia gratia. Duplex est aūt id vti dixim⁹: causa cuius cetera fiunt: atq; vnū est quod. alterum quo.

¶ Manifestū aūt est q̄ et cui⁹ gratia aīa causa. Sicut enim itellectus gratia huius facit: eodem mō et nā: et hoc est ipsius finis. Huiꝰ aūt in aīalibus aīa et fm nām. Oia eni physica corpa aīe instrūa sunt: sicut aīaliū sic et plantarū: tanq̄ gratia aīe existentia. Dupliciter autem dicitur q̄ cuius gratia: et q̄ cuius: et q̄ quo.

¶ Ostendit q̄ aīa est causa vt finis: et q̄ sit causa vt finis viuentiū corporū sic ostendit. Sicut eni intellectus operatur pter finem: ita et natura: vt pbat in scdo physicorū. Sed itellectus in his que fiunt per artē māz ordinat et disponit pter formā: ergo et natura. Cū igit aīa sit forma viuētis corpis: sequit q̄ sit finis ei⁹. Et vlterius nō solū aīa est finis viuentiū corpoꝝ: sed etiā oīum nāliū corporū in istis iferiorib⁹. qd̄ sic pbat. Uidemus eniz q̄ oia nālia corpora sunt q̄si instrā aīe: nō solū in aīalibus: sed etiā in plantis. Uidemus eniz q̄ hoīes vtunt ad sui vtilitatē aīalibus et plātis: et rebus inaīatis: aīalia vō plātis et rebus inaīatis: plante aūt rebus inaīatis inquantū: scilz alimentū et iuuamētū ab eis accipiunt. Scdm autē q̄ agitur vnūqdq; in reꝝ natura: ita natū est agi. Unde videt q̄ oia corpora inaīata sint instrā animatoꝝ: et sint pter ipsa. Et etiā aīata minus pfecta sint pter aīata magis pfecta. Et cōsequēter distiguit id cuius causa est sicut et supra. ¶ Tertio ibi.


t.c.79. ¶ At vō cōstat aīam id etiā esse vnde primū motus ad locū accōmodatus emergit: verū hec vis nō vniuersis inest viuentibus. Fit etiā per aīaz et alteratio et accretio: sensus eniz alteratio quedā esse videtur: sentitq; nihil qd̄ nō habeat animā: eadē est et de accretione decretioneue ratio. Nihil enim incremēta naturaliter decremētaue suscipit: qd̄ non nutritur: et nihil prorsus nutrit: qd̄ nō vite particeps sit.

¶ At vō et vnde principiū qui fm locū motus aīa est: non oībus autē viuentibus inest potentia hec. Est autē et alteratio et augmentum fm aīam. Sensus eni quedā alteratio esse videtur. Nihil autē sentit: quod non habet animā. Silr autem et de augmento et decremēto se hz: nihil enim decrementū patitur: neq; augmētat physice: nisi alatur: alit aūt nihil: qd̄ nō cōicet vita. T.c.38.

¶ Ostendit q̄ aīa est pncipiū mouētis corporis sicut vñ motus: et vtitur quasi tali ratione. Omnis forma corporis naturalis est pncipiū motus ppꝛ illius corporis: sicut forma ignis est pncipiū motus eius. Sed quidā motus sunt ppꝛ rebus viuentibus: scilz motus localis quo animalia mouent seipsa motu pcessiuo fm locum: lz hoc nō insit omnibus viuentibus: et silr sentire est alteratio quedam: et hoc non inest nisi habentibus animā. Item mot⁹ augmenti et decrementi non inest nisi illis que aluntur: et nihil alitur nisi habens animaz. ergo oportet q̄ anima sit principium omnium istorum motuum.

¶ Atq; in hac pte snīa Empedoclis est post habēda qui quidē hoc nō recte dixit hoc addens: ideo incremēta plantas suscipe: tū in radicibus infra: tū in ramis etiā supra: quia terra deorsum suapte natura: et ignis sursum identidem pergit.

¶ Empedocles aūt nō bn̄ dixit h addēs augmētum accidere plantis deorsuz qdē radicē mittētibus: ppter qd̄ terra sic fertur fm naturā: sursum autē pter ignē similr. Lec. VIII.



Uperius ostēdit Philosophus q̄ opera que attribuūtur potentie vegetatiue sunt ab anima. Tunc excludit quosdam errores contra determinatā veritatem. Et diuidit in partes duas fm duos errores quos remouet. secūda pars icipit ibi (Uidet aūt quibusdā.) Circa primū duo facit. Primo ponit errorē. Secūdo improbat ipsum. ibi

(Neq; eni sursum τ deorsus.) ℂ Sciēdū est igitur circa primum q̃ sicut Empedo. alias vtilitates que in rebus viuentibus prouenuunt non dixit pcedere ex intentione nature: sed ex necessitate materie: puta q̃ pedes aialium sic sunt dispositi: non vt sint vtiles ad gressum: sed quia sic cōtingit mām dispositā fuisse circa pedes: ita etiã τ augmentū viuentiū non attribuit aie: sed motui grauiū τ leuium. Uidebat enim q̃ viuentia augent̃ in diuersas partes: puta sursum τ deorsum: qđ apparet manifeste in plantis que radices in deorsū mittunt: τ rami in sursū eleuant̃. Dicebat igitur q̃ augmentū plātarū in deorsū causat̃ ex motu terre que est in cōpositione plante: τ naturaliter deorsum fert̃ ppter sui grauitatē. Augmentū autē in sursū causat̃ ex motu ignis qui ppter sui leuitatem naturalr̃ sursum fertur. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Primū nāq; nō recte accipit in plātis differētias dictas ifra inquã ac supra. Non eni eadē sunt oium rerum: τ vniuersi supra τ infra: sed quã habet rōnē in aialibus caput eam subeunt in plantis radices: si īstrumenta diuersa: vel eadem operationibus officijs sue dicere: asserere que oportet.

ℂ Neq; enim sursum τ deorsum bene accipit. Non eni idē oib⁹ sursum τ deorsum τ oi: sed sicut caput aialiū: sic radices plātarū sunt: si cōgruit īstrumenta dicere altera τ eadē opibus.

Dīe sur distiguūt duo⁹ mō de i diuersis. ℂ Reprobat pdictã opionē dupl'r. Et pmo qdē per h q̃ nō bene accipit sursū τ deorsum. ℂ Ad cuius euidētiā sciendū est q̃ sursum τ deorsum τ alie positionū differētie. s. ante τ retro: dextrū τ sinistrum: in quibusdã quidē distiguunt̃ fm nām: in quibusdã vo solū positione quo ad nos. In quibus eni sunt determinate partes que sunt naturalr̃ pncipia aliquor motuū: in his distinguunt̃ predicte positionū differētie fm nām: sicut in vniuerso ad cuius mediū nāliter ferunt̃ grauia: ad circūferētiā ferūtur naturalr̃ leuia. vñ in vniuerso sursū τ deorsū naturaliter distinguunt̃. Et sursū dicit̃ locus ad quē ferunt̃ leuia: deorsum siue mediū ad quē ferunt̃ nāliter grauia. In viuētib⁹ etiā τ mortalib⁹ fm motū augmēti τ decrementi determinant̃ sursum τ deorsū. Nam sursum dī illa pars vnde viuentia alimentū accipiunt: deorsū aūt pars opposita: vnde superfluitates emittunt̃. Ante vo et retro determinant̃ in quibusdã aialibus vel viuentib⁹ fm sensum: dextrū τ sinistrū fm motū localem. In his vo in quibus nō est aliqua determinata pars principiū aut terminus alicuius motus: in eis non determinant̃ positionū dīe fm nām: sed solū positione quo ad nos. sicut in rebus inanimatis. Unde eadē colūna dicit sinistra τ dextra fm q̃ est homini dextra vl' sinistra. In quibusdã aūt viuentiū in quibus determinat̃ sursum τ deorsū fm nām eodē modo determinant̃ sicut in vniuerso: vt in hoīe cuius supior pars. i. caput est versus sursū vniuersi: inferior aūt est versus deorsum ipsius. In plantis autē est ecōuerso: nā radices plantarū sunt pportionabiles capiti: ad eundē eni actū ordinant̃: nā sicut aialia cibū accipiunt ore qđ est in capite: ita plāte radicib⁹. Instra aūt dicunt̃ eadē τ altera: siue silia τ dissimilia ex opibus que sunt fines eaꝝ. vnde radices plantaꝝ sunt similes capitibus aialiū: τ tñ sunt versus deorsū. vñ mō cōtrario se hēt sursū τ deorsum in plātis τ in vniuerso. In brutis aūt aialibus nō eodē mō se hēt: qa eoꝝ capita nō se hñt vsus sursū vniuersi neq; deorsū ipsius. Hoc est ergo qđ dicit q̃ sursum τ deorsum nō est idē oibus. s. viuētibus. τ omni. i. vniuerso. Sed Empe. sic accipit sursum τ deorsum: ac si eodē modo esset in oibus viuentib⁹ τ in vniuerso. Si eni motus augmenti fm quē determinatur sursum τ deorsum in viuētibus sit fm motū grauiū τ leuiū fm quē determinat̃ sursū τ deorsum in vniuerso: sequet̃ q̃ eodē mō sit sursum τ deorsum in oibus viuentibus: τ in vniuerso. Et ideo etiam ipse in plantis augmentū radicū dicit esse deorsum. ℂ Secundo ibi.

ℂ Deinde qđ est qđ ptinet terrā: ignemue: que quidē in cōtraria loca feruntur: distrahent enim profecto nisi aliquid sit: qđ ipsa phibeat atq; detineat. Qđ si sit aliquid: id est profecto anima ipsa. Quo fit vt ipsa sit augendi causa: nutriendiue: nō elemēta quēadmodum ille putabat.

ℂ Adhuc autē quod est continens in contraria que feruntur ignem τ terram: Distrahent̃ eni nisi aliquid sit phibens. Si vo erit: hoc est anima: τ causa augmenti τ alimenti. T. c. 39.

ℂ Reprobat predictā positionē alio modo. Ad cuius euidentiā sciendū est: q̃ cū elemēta nō sint actu in mixto: sed vtute: nō hz in eo qđlibet elementū seorsū propriū motū: sed totū mixtū mouet̃ motu elemēti predominātis in ipso. Si aūt qđlibet elementū haberet ppriū motū vt E npeđ. ponere videbat̃: cū nālis motus elntorū sit ad cōtraria loca: sequeret̃ q̃ totalr̃ abinuicē separentur: nisi esset aliquid continens elemēta: qđ nō sineret totaliter abscedere elementa abinuicē. Illud autē quod cōtinet elemēta ne totalr̃ abinuicē segregent̃: maxime videt̃ esse causa alimenti τ augmenti. Sed augmentū fm diuersas partes cōtingit ex diuersis motibus elemētorū. Non eni posset imaginari qualr̃ esset augmentum elementis in 3ria motis nisi per hoc q̃ manent adinuicem coniuncta: quia si totalr̃ separent̃ esset diuisio: non augmentū. Illud igitur pncipalr̃ est causa augmenti qđ continet elementa ne totalr̃ abinuicē separent̃: hoc aūt est anima in rebus viuentibus: anima igit̃ est principiū augmenti. ℂ Deinde cū dicit.

ℂ Sunt aūt quibus ipsius ignis natura causa simpliciter nutritionis τ accretionis esse videt̃: ipse nāq; solus oium corporū: aut elementoꝝ nutriri ac augeri videtur: quapropter τ in plantis: τ in aialibus putabit quispiā ignē ipsum esse quod operatur.

ℂ Uidet̃ aūt quibusdã ignis natura simpliciter causa augmenti τ alimenti esse. Et nāq; ipsum videt̃ solū corporū τ elemētorū quod alitur τ augmentat̃. Vñ τ in plātis τ in aialibus putabit vtiq; quis hoc esse quod operatur. T. c. 40.

ℂ Ponit aliā positionem. Et circa hoc duo facit. Primo ponit eam. Scđo improbat. ibi (hoc autē cōcausā τc.) Sciendū est autem q̃ hec opinio differt in hoc a pma: q̃ prima attribuebat causam augmenti τ alimēti diuersis elementis. s. igni τ terre: hec autē attribuit eorū cām igni tm̃. Et mouebant̃ ad hoc hac rōne. Quia illud videtur esse pncipiū alicuius passionis vel motus in aliquo: qđ fm se hz illā passionē vel motū: sicut ignis qui fm se calidus est: est causa caloris in rebus mixtis: τ terra que fm se est grauis: est causa grauitatis in eis. Inter autem elementa videt̃ solus ignis nutriri τ augeri: si superficialiter de nutrimento τ augmento loquamur. Solus igit̃ ignis videtur esse faciens augmentū τ alimentū in plantis τ aialibus. Utrum vo ignis nutriatur τ augeatur inferius erit manifestum. ℂ Deinde cū dicit.

ℂ Uerū


¶ Verum non ita est: sed cum comitetur cām: est ob idipsum quodāmodo non simplr causa: sed talis est potius aīa. Nam ignis quidē accretio in infinitū p̄greditur: ⁊ eousq̃ fit quousq3 sit cōbustibile. At eorum oium que natura cōstant est finis tā magnitudinis q̃ accretionis ⁊ ratio. Hec autez anime sunt nō ignis: ⁊ rationis potius q̃ materie.

T.c.41 ¶ Hoc aūt cōcausa qdē quodāmodo est: nō tamē simpliciter causa: sed magis anima. Ignis enim augmentum in infinituz est quousq3 fuerit combustibile. Natura autē cōstantiū oium terminus est ⁊ ratio magnitudinis ⁊ augmēti. Hoc āt est aīe: s3 nō ignis ⁊ rōnis mag q̃ mãe.

¶ Improbat predictā pōnē. Sciendū tñ est q̄ p̄dicta positio aliqd hēt veritatis. necesse est eni oē alimētū decoqui. qđ quidē fit p ignē: vñ ignis aliq̃ mō operaī ad alimentū: ⁊ p ɔ̄ñs ad augmētū: nō qdē sicut agēs p̄ncipale: hoc eni est aīe: sed sicut agēs secūdariū ⁊ istr̄ale. Et ideo dicit q̄ ignis quodāmō ɔcausa est augmēti ⁊ alimenti: sicut instr̄m cōcausa est p̄ncipalis agētis. Nō tñ est p̄ncipalr causa: vt p̄ncipale agēs: sed hoc modo cā est aīa: qđ sic p̄bat. Illud est p̄ncipale in qualibet actiōe: a quo iponit termin⁹ ⁊ rō ei qđ fit: sicut p3 in artificialib⁹: q̄ terminus vel rō arche vł domui nō iponiī ab instr̄is: s3 ab ipsa arte. Nā instr̄a se hñt idifferenter: vt cooperenī ad hāc formā vel quātitatē vel aliā. Serra eni quantū est de se apta est ad secādū lignū ꝺm q̄ competit et ostio ⁊ scamno ⁊ domui: ⁊ in quacūq3 quātitate: sed q̄ sic seceī lignū q̄ sit aptū ad talē formā ⁊ ad talē quātitatē: est ex v̄tute artis. Manifestū est aūt q̄ in oīb⁹ q̄ sunt ꝺm nām est cert⁹ termin⁹ ⁊ determinata rō magnitudis ⁊ augmēti: sicut eni cuilibet spēi debenī aliq̃ accñtia p̄pria: ita ⁊ p̄pria quātitas: l3 cū aliq̃ latitudine pp diuersitatē mãe ⁊ alias cās idiuiduales: nō eni oēs hoīes sunt vnius quātitatis. Sed tñ ē aliq̃ quātitas tā magna vltra quā spēs humana nō porrigiī: ⁊ alia quātitas tā p̄ua vltra quam hō nō iuenií. Illđ igiī qđ est cā determinationis magnitudinis ⁊ augmēti: est p̄ncipalis causa augmēti. Hoc aūt nō est ignis. Manifestū est eni q̄ ignis augmētū non est vsq3 ad determinatā quātitatē: sed in īfinitū extēdiī: si in īfinitū mã cōbustibilis inueniaī. Manifestū est igiī q̄ ignis nō est p̄ncipale agens in augmēto ⁊ alimēto: sed magis aīa. Et hoc rōnabilr accidit: q̄a determinatio quātitatis in reb⁹ nālibus est ex forma: que est p̄ncipiū spēi: magis q̃ ex mã. Aīa aūt cōparaī ad elr̄ta que sūt in corpore viuēte sicut forma ad mãm. Magis igiī termin⁹ ⁊ rō magnitudinis ⁊ augmēti est ab aīa q̃ ab igne.

¶ Cū autē eadē vis anime sit: ⁊ nutriendi ⁊ generandi: primū de alimento determinare necesse est. Hec eni a ceteris potentijs hoc opere seiungitur.

T.c.42 ¶ Quoniam autē est eadem potentia anime vegetatiua ⁊ generatiua: de alimento necessariuz est determinare primum. Separatur enim ab alijs potentijs opere hoc. Lec. IX.



Ostq̃ p̄hs ostēdit q̄ aīa est p̄n^m opationuz que attribuunī potētie vegetatiue: hic itendit de his determinare. Et circa hoc tria fac̄. Prio determinat de obto ꝺm se. s. de alimento. Scđo determinat de eo ꝺm q̄ ɔgruit operationibus aīe vegetatiue. ibi (Qm̄ aūt nō aliī.) Tertio potētias diffinit que sunt p̄ncipia harū operationuz. ibi (Quare huiꝰ aīe ⁊c̄.) Circa p̄mū tria facit. Primo dicit de quo est itētio. Scđo p̄ponit id qđ p̄mo aspectu apparet de alimento. ibi (Videī aūt esse alimētū ⁊c̄.) 3° mouet circa h̄ dubitationē. ibi (Dubitationē aūt hēt.) Dic̄ ergo p̄mo: q̄ cū vegetatiua ⁊ gñatiua ab eadē cōi potentia aīe ɔtineaī: l3 vegetatiua. i. nutritiua sit q̄dā specialis potētia distincta a gñatiua: op3 p̄mū determinare de alimēto: qđ est obiectū gñatiue siue nutritiue. Hoc eniz opere. s. nutritione distinguiī hec pars aīe ab alijs. s. itellectiuo sensitiuo ⁊c̄. Nā alie opationes hui⁹ partis. i. aīe hanc presupponunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Videtur itaq̃ contrariū esse contrario nutrimentū. At nō cuilibet quoduis: sed id ei quorū alterū ex altero nō solū mutuo generaī: sed incremēta etiam suscipit. Complura nāq̃ ɔtrarioꝝ fiūt quidē ex sese mutuo: sed nō a suis oia cōtrarijs incrementa suscipiunt: vt ex egrotante fit sanū. At v̄o nec illa modo eodem sibi mutuo nutrimentū esse videnī: sed aqua quidem alimentū est igni: ignis aūt nō nutrit aquā. At simplicib⁹ corporibus hoꝝ alterū alimēti: alteꝝ eius qđ nutritur maxime subire rationē videtur.

¶ Videtur autē esse alimentū ɔtrariū cōtrario: T.c.43 non omne aūt omni: sed quecūq3 cōtrariorum non solum generationē habent ex inuicem: sed ⁊ augmentum. Fiunt enim multa ex inuicem: sed non oia augenī: vt sanū ex laborante. Videtur autē neq3 illa eodē modo adinuicez esse alimentū: sed aqua quidē igni alimentū est: ignis autē nō alit aquā. In simplicibus quidez igitur corporibus hoc esse videtur maxime aliud qdē alimentum. aliud v̄o quod alitur.

¶ Proponit illud qđ p̄mo aspectu de alimento appet: et p̄ponit tria: quoꝝ p̄mū est: q̄ alimentū videī esse cōtrariū ei qđ alitur: ⁊ hoc ideo: q̄a nutrimentū cōuertiī in id qđ nutriī: generationes aūt fiūt ex cōtrarijs. Scđm aūt est q̄ nō vī qđcūq3 ɔtrariū sufficere ad rōnē alimenti: sed op3 q̄ sit de illis cōtrarijs que hñt gñationē ex inuicem. Nutrimentū eni cōuertiī in subaz nutriti: vnde q̄cūq3 ɔ̄ria insunt in suba ꝺm que fiunt alterationes adinuicē: ⁊ nō gñationes: nō pertinēt ad rōnem alimēti. Nō eni dicimus q̄ īfirmū sit nutrimētū sani: vel albū nigri: aut aliqd huiꝰ. Qūo aūt in substātijs sit aliqua ɔ̄rietas. alia q̄stio est. Tertio op3 q̄ sit de illis ɔ̄rijs que augmentum suscipiunt ex inuicē: q̄a ad alimentum videī sequi augmentū. Vñ l3 ex igne genereī aqua sic ecōuerso: nō tñ dī q̄ ex igne nutriaī aq̃: s3 q̄ ex aq̃ nutriaī ignis inquātū liquores humidi cedunt in ignis nutrimētū: q̄a. s. dū ignis in aquā ɔuertiī nō apparet noua aque gñatio. sed ignis p̄existēs ad sui ɔseruationē ⁊ augmētū vī in se humorē ɔuertere. Et ideo in elemētis videī solus ignis nutriri: ⁊ sola aq̃ esse eius nutrimētū: ꝺm q̄ ad aquā p̄tinent oēs humores ⁊ liquores. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Verum eni is locus dubitationē habere videtur. Sunt enim qui dicunt simile simili nutriri: quemadmodū ⁊ accrescere. Quibusdaz aūt vti diximus non hec sententia: sed ɔtraria placet: censentq3 nō simile simili: sed ɔtrario ɔtrariū ali. Etenī fieri nequit (vt inquiunt) vt a simili simile patiaī. Alimentū aūt mutatur atq3 digeriī: mutationēue reꝝ oium in oppo-

situ͂:vel in mediū esse cōstat. Preterea nutrimentū quidē aliquid patitur ab eo qđ alitur.hoc aūt ab alimento nō patiẽ quicq̄3:quēadmodu3 nec a materia faber:sed materies (vt patet) a fabro : qui quidē ex ocio mutatur tm̄ ad operandum.

T.c.44 ¶ Dubitationem autem habet. Dicunt eni3 hi quide3 simile simili ali sicut ⁊ augeri. Alijs aūt sicut diximus econtrario videtur ali contrariū contrario tāq̄3 impassibile sit simile a simili:alimentum autē mutari ⁊ decoqui. Mutatio aūt

T.c.45 omnibus in contrariū aut medium. ¶ Adhuc autem patitur aliquid alimentum ab eo qđ alitur:sed non hic ab alimēto:sicut nec instructor a materia:sed ab illo hec. Instructor aute3 mutatur solum in actum ex ocio.

¶ Mouet quandā dubitationē circa p̄determinata.Et p̄° obijcit ad vtrāq3 partē.Scđo soluit eā.ibi(Utrum aūt sit alimentū ⁊c.)Oriẽ aūt dubitatio circa hoc qđ supra dictū est:ꝙ alimentū op3 esse ꝯriū.quibusdā aūt videẽ ꝙ alimentū oporteat esse simile ei qđ alitur. Alimentū eni est causa augmēti.oportet aūt ꝙ simile sibi augeatur.Si eni aliqd diuersum apponereẽ alicui non esset eiusdem augmentū:sed nature extranee adiunctio. Videẽ igitur ꝙ oporteat simile simili ali.Alijs aūt videẽ ꝙ alimentū op3 esse cōtrariū ei qđ aliẽ ſm id qđ supra dictu3 est. Et ad hoc iducunẽ duplici rōne:quarū p̄ma est:qa alimētū decoquiẽ ⁊ mutaẽ in id qđ nutriẽ. Nihil aūt mutaẽ nisi in ꝯriū aut mediū:sicut albū mutaẽ i nigrū aut pallidū. Mediū aūt est quodāmodo ꝯriū. Pallidū eni3 albo cōparatū est nigrū:nigro vͦo cōparatū est albū:est eni cōpositū ex vtroq3.ḡ nutrimētū est ꝯriū ei qđ alitur et in qđ mutaẽ.Scđa rō est:qa agēs est ꝯtrariū patiēti:nō enim sile a simili patiẽ. Alimētū aūt patiẽ ab eo qđ aliẽ:alteraẽ eni ab eo ⁊ digeriẽ. Id aūt qđ aliẽ nō patiẽ ab alimēto.Sicut neq3 artifex patiẽ a mā:sed ecōuerso:mā eni3 mutaẽ:nō aūt artifex : nisi forte per accñs ſm ꝙ exit de potētia in actū.Videẽ igiẽ ꝙ alimentū sit ꝯriū ei quod alitur. Prima igiẽ harꝫ rōnū sumiẽ ex ꝯrietate quā op3 esse iter terminos mutationis.Scđa vͦo ex ꝯrietate quā op3 eē iter agens ⁊ patiēs:id eni qđ aliẽ:⁊ agit in alimentū:⁊ est termin⁹ in quē alimētū mutaẽ. ¶ Deide cū diẽ.

¶ At eni interest plane:si nutrimentū sit id qđ vltio tandē adiungiẽ:atq3 addiẽ:an nō hoc:sed id qđ primū ingrediẽ.Qđ si vtrūq3 quidē est alimentū:alterꝫ tamē est digestū:alterū indigestu3:vtroq3 profecto modo ⁊ ꝯtrario ꝯtrariū:⁊ simile sibi vere licet nutriri. Nā si vt idigestū sumaẽ:ꝯtrariū cōtrario aliẽ. Si vt digestū:sile sibi nimirū h̄ pacto nutriẽ. Quare p3 illos vtrosq3 ꝑti recte:ꝑti nō recte dicē atq3 sentire.

¶ Utrum autem sit alimentu3 quod vltimo aduenit:aut qđ primo:habet differentia3. Si vͦo vtrūq3:sed hoc quidē non coctum:illud aute3 coctum:vtrobiq3 vtiq3 continget alimentū dicere. Inquātū eni nō coctum:contrarium contrario alitur. Inquantum autem coctum simile simili. Quare manifestum ꝙ dicunt quodāmodo vtriq3 ⁊ recte ⁊ non recte.

¶ Soluit ꝓpositā dubitationē dicēs:ꝙ differt quātū ad ꝓpositā qōnē:vtrū alimentū dicaẽ id qđ vltimo aduenit.s.post decoctionē ⁊ digestionē:an illud qđ p̄° assumiẽ: scil3 anq̄3 digeraẽ ⁊ decoq̄ẽ.Et si dici possit vtrūq3 horꝫ alimētū.vnū horꝫ q̄si alimētū decoctū:aliđ vͦo q̄si nō decoctū:ſm vtrāq3 ꝑtē qōnis poterit indicari de alimēto. Quia inquātū alimētū dẽ nō decoctū:sic ꝯriū ꝯrio aliẽ: hoc eni est qđ patiẽ ⁊ mutaẽ. Inquātū vͦo est coctum.sic alitur sile sibi.agens eni3 assimilat sibi patiēs:vñ in fine passiōis op3 passu3 eē sile agēti:⁊ ꝑ hūc modū pōt augere id qđ aliẽ.Et sic p3 ꝙ vtriq3 p̄dcōꝝ opinātiū aliq̄ mō dicūt recte:⁊ aliq̄ mō dicūt nō recte. ¶ Deide cū dicit.

¶ Cum aūt nihil nutriaẽ quin habeat vitā : animatū id erit profecto corpus:qđ alitur : ea sane rōne qua est animatū.Quare ⁊ nutrimentum ad animatū per se refertur:⁊ non per accidens.

¶ Quoniam autem nihil alitur non participās vita:animatum vtiq3 erit corpus qđ alitur inquantū animatū:quare ⁊ alimentu3 ad animatum est:⁊ non ſm accidens. T.c.46

¶ Determinat de alimēto ſm ꝙ cōuenit opationib⁹ aīe vegetatiue.Et p̄° ſm ꝙ congruit nutritioni. Scđo ſm ꝙ ꝯgruit augmēto.ibi(Est āt alterꝫ alimento ⁊c.)3° ſm ꝙ cōgruit gñationi.ibi(Et gñationis aūt factiuū ⁊c.)Diẽ ergo p̄mo ꝙ nihil nutriẽ qđ nō ꝑticipet vitā:oē aūt ꝑticipās vitā est aīatū.seqtur ḡ ꝙ corpus qđ aliẽ sit aīatu3. Alimentū aūt est in potētia ad id qđ alitur:cōuertiẽ eni in ipsum:relinquiẽ ergo ꝙ alimentū inquātū est nutritionis obiectū sit aliqd existēs i potētia ad aīatū per se: ⁊ nō ſm accñs. ¶ Cōsiderādū est aūt ꝙ nihil ꝓprie nutriẽ nisi aīatū:ignis aūt videẽ qdē per quādā silitudinē nutriri:nō autē ꝓprie nutriẽ:qđ sic p3. Id ꝓprie nutriri dicimus qđ in seipso aliqd recipit ad suiipsius cōseruationē.hoc aūt in igne videẽ qdē accidere:sed tn̄ nō accidit.Cū eni igni accēso aliq̄ mā cōbustibilis addiẽ:in illa mā cōbustibili nouus ignis gñaẽ:non aūt ita ꝙ illud cōbustibile additū cedat in cōseruationē ignis in alia mā prius accēsi. Puta si aliqđ lignū de nouo igniẽ:per hanc ignitionē nō ꝯseruaẽ ignitio alteri⁹ ligni prius igniti:totus eni ignis q est ex cōgregatione multoꝝ ignitoꝝ non est vnus simplr:sed videẽ vn⁹ aggregatione:sicuti aceruus lapidū est vnus:⁊ pp talē vnitatē.Est ibi quedā silitudo nutritionis.Sed corpa aīata vere nutriunẽ:qa per alimentū ꝯseruaẽ vita in illa ꝑte eadē que prius fuit.Et ꝓpter h̄ etiā sola aīata vere augenẽ:qa q̄libet pars eorū ⁊ nutriẽ ⁊ augeẽ:qđ nō ꝯuenit in reb⁹ inaīatis que videntur per additionē crescere. Nō eni crescit id qđ p̄us fuit sed ex additione alterius cōstituiẽ quodda3 aliud totu3 maius. Ideo aūt silitudo augmēti ⁊ nutrimēti precipue apparet in igne:quia ignis hēt plus de forma q̄3 alia elementa:⁊ est potētior in virtute actiua:vnde propter hoc ꝙ manifeste alia conuertit in se.videẽ nutriri et augeri. ¶ Deinde cum dicit. Ignis nō ꝓprie nutritur.

¶ At qui diuersa est alimēti ratio:vt nutrit ⁊ auget. Nam vt ipsum animatū quantū est quoddā:auget. Ut est hoc aliquid:⁊ suba:nutrit.Cōseruat eni substantiam:⁊ est eousq3 profecto quousq3 nutritur.

¶ Est autem alterū alimēto ⁊ augmētatiuo eē. T.c.47 Secundū enim ꝙ quantū aliquod animatu3: est augmētatiuum:ſm autem ꝙ hoc aliquid ⁊ substantia:alimentum est:saluat enim substantiam:⁊ vsq3 ad hoc est quousq3 alatur.

¶ Ostēdit

¶ Ostēdit quō alimētum ꝯgruit augmēto. Et dicit ꝙ lȝ idē sit subiecto qd ē obiectū nutritiōis put dr alimētū: ⁊ qd est obiectū augmēti put dicit augmētatiuū: tn̄ differt rōne. Dictū est enī ꝙ alimētū est in potentia ad corpus aīatū: corpus aūt aīatū ⁊ est qddā q̄ntuȝ: ⁊ est hoc aliqd ⁊ substātia. Scdm igit ꝙ est quoddā q̄ntū. fm hoc alimētū adueniēs ei: qd etiā ⁊ ipsum q̄ntū est: facit augmentū: ⁊ dicitur augmentatiuum. Inquātum aūt corpus aiatum hoc aliqd ⁊ substātia est sic hȝ rōnem alimēti: Hoc enim est de ratione alimēti qd ꝯseruat substātiā eius qd alitur. q̄ quidē ꝯseruatio necessaria est ppter ꝯtinuā cōsumptionē humidi a calido naturali: ⁊ iō tamdiu durat substātia ei⁹ qd nutrit: q̄ndiu nutriat. ¶ Deide cū dicit.

¶ Efficit preterea generationem ac ortum: non eius qd alitur: sed talis quale est id qd nutritur. Jam enī est ipsius substātia: ⁊ nihil seipsum gnāt: sȝ ꝯseruat.

¶ Et generatiōis aūt factiuū nō eius qd alitur: sed q̄le id qd alitur. Jam.n.est ipsa suba. Generat aūt nihil ipsum seipsum: sȝ saluat.

¶ Ostēdit quō alimētū ꝯgruat generationi. Et dicit ꝙ ēt alimētū est factiuū generationis. Semē.n.qd est generationis principiū est superfluū alimēti. Nō tn̄ alimētum est pncipiū generatiōis eius qd alit: sed alterius qd ē tale fm speciē quale est qd alit: q2 substātia que alit iaȝ ē: ⁊ qd est nō generatur: ⁊ nihil generat seipsum: q2 qd generat iā est: qd generatur nōdū est. Sed aliqd pōt agere ad sui ꝯseruationē. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare tale quidem anime principiū vis est talis: vt id conseruet: qd ipsam habet: ea nimirum ratiōe qua ipsam habet. Alimentum autem ad operanduȝ preparare videtur: quapropter alimento priuatum esse non potest.

T.c.48 ¶ Quare huiusmodi anime principium potentia est possibilis saluare suscipiens ipsaȝ fm ꝙ est huiusmodi. Alimentū autē preparat operationem: vn̄ priuatū alimēto non potest esse.

¶ Ex premissis accipit diffinitionē potētiaꝝ aīe vegetabilis. Et primo potētie nutritiue. Scdo toti⁹ aīe vegetabilis: ibi (Qm̄ autē a fine ⁊c̄.) Circa pmū pmo ex pmissis ꝯcludit diffinitionē potētie nutritiue: ⁊ dicit ꝙ cū dictū sit ꝙ nutrimentū inq̄ntū hm̄ saluat nutritum: manifestum est ꝙ hoc pncipiū aīe qd.s.est principiū nutritiōis: nihil est aliud q̄ȝ potētia potēs saluare suū susceptiuum inquātū huiusmodi. Alimētū vo est qd pparat operationem huiusmodi potētie: inquātū talis potentia mediāte alimēto saluat suū susceptiuū. Et ppter hoc illud qd priuatur alimēto non pōt ꝯseruari. Et q2 dixerat ꝙ principium nutritionis est potētia anime: cuius principiū ē ēt alimētū. vt ex dictis pȝ. Jdeo scdo ibi.

¶ At vo cuȝ hoc in officio tria sint hec: necessarioq3 concurrant: id inquam qd nutritur: ⁊ quo nutritur: ⁊ qd nutrit: id quidem qd nutrit est ipsa anima pria. Jd autem qd nutritur corpus est: qd ipsam animaȝ habet. At id qd nutrit ipsam est alimētum.

¶ Quoniam autem sunt tria: qd alitur: ⁊ quo alitur: ⁊ alens: alens quidem est prima anima: qd vo alitur est habens hanc corpus: quo vo alitur alimentum.

¶ Ostēdit quō differēter potētia aīe ⁊ alimētū sunt pncipia nutritionis. Dicit ḡ q2 in nutritiōe sunt tria. qd alit: quo alitur: ⁊ alēs p^m. Primū qdē alēs est p^a aīa.s.aīa vegetabilis. Jllud vo qd alitur est corpus hn̄s hāc aīam: sȝ illud quo alit est alimētū Sic igit potētia aīe est principium nutritionis vt agēs pncipale: alimentum auteȝ vt instrumētum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At qui cum sit par vniuersas a fine res appellare: finisq3 hui⁹ anime sit generatio talis quale est id qd ipsam habet: erit anima prima profecto principium generandi tale quale est id qd hanc ipsam aīam hȝ.

¶ Quoniam autē a fine appellari omnia iustū est. Finis autem est generasse quale ipsuȝ erit. vtiq3 prima anima generatiuum q̄le ipm̄. T.c.49.

¶ Diffinit ipsam pmā aīam que dr aīa vegetabilis q̄ quidē in plātis est aīa: in aīalibus pars aīe. Et circa hoc duo facit. Primo diffinit hm̄ aīaȝ. Ad cuius diffinitiōis itellectū sciēdū est ꝙ iter tres opationes aīe vegetabilis ē quidā ordo. Nā pma eius opatio est nutritio per quā saluatur aliqd vt est. Scda aūt opatio ⁊ pfectior ē augmētuȝ quo aliqd pficit in maiorē pfectionē ⁊ fm q̄ntitatē ⁊ fm virtutē. Tertia aūt pfectissima ⁊ finalis est generatio p quā aliqd iā quasi in seipso pfectū existēs: alteri esse ⁊ pfectionē tradit. Tunc.n. vnūqdq3 maxime pfectū est: vt in.4.metheoroꝝ dr cū pōt facere alteꝝ tale q̄le ipsuȝ ē. Quia igit iustū est ꝙ oia diffiniant ⁊ denominent a fine: finis aūt opeꝝ aīe vegetabilis est generare alterū tale quale ipsum est: sequit ꝙ ipsa sit ꝯueniēs diffinitio p^e aīe.s.vegetabilis: vt sit generatiua alteri⁹ similis fm speciem. ¶ Et q2 dixerat ꝙ alimētū est instrumētum hui⁹ aīe. ne credat ꝙ nō habeat aliō istrumētū. Jō scdo ibi.

Tria opa aie vegetabilis.

T.c.19.
Lect.4.

¶ Jd autem quo nutrit anima duplex est: quēadmodum ⁊ id quo gubernator gubernat: manus inquaȝ ⁊ clauus. Atq3 aliud mouet atq3 mouetur: aliud mouetur tm̄. Necesse est autem omne nutrimentum nature sit talis: que digeri possit. At digestionē efficit calor. Quapropter omne animans habet calorem. Quid igitur sit alimentum ipsum vniuersaliter diximus: postea vo de ipsis exactius perscrutabimur.

¶ Est autem quo alitur dupliciter: sicut ⁊ quo gubernatur: ⁊ manus ⁊ temo: hoc quidem mouens ⁊ motum: illud autem mouens solū. Oē autem alimentū necessariuȝ est decoqui. Opatur autem decoctionē calidū. Unde omne aīatum habet calorem. Figuraliter quideȝ igitur alimentū qd sit dictū est. Certificādum autem est posterius de ipso in pprijs rōnibus. T.c.50.

¶ Ostēdit ꝙ habeat aliud instrm̄ ⁊ dicit ꝙ duplex ē istrm̄ quo alit: sicut duplex est istrm̄ gubernationis: gubernator enī gubernat manu ⁊ temone. man⁹.n.est instrm̄ ꝯiūctum: cui⁹ forma est aīa. vn̄ temo est instrm̄ mouēs nauē ⁊ motū a manu: sed man⁹ nō est istrm̄ motū aliquo exteriori: sȝ solū a pncipio itrinseco: est.n.ps hoīs mouētis seipsuȝ. Sic igit ⁊ nutritiōis instrm̄ est duplex: ⁊ vt separatum qdē ⁊ cui⁹ for^a nondū est aīa: est nutrimentū. Oportet aūt ꝙ aliud sit instrm̄ nutritiōis ꝯiūctū. Necesse est enī ꝙ alimētū decoquat: qd aūt opat decoctionē ē aliqd calidū. Sicut igit gubernator mouet temoneȝ manu: nauē aūt temone: ita aīa mouet calido alimētū: ⁊ alimento nutrit. Sic igit calidū aliqd: est instrm̄ ꝯiūctū huius aīe in quo.s.radicalr est calor nālis digerēs. ⁊ ppter h oȝ ꝙ

oē aiatū qȯ nutrit habeat calorē nālē q est digōnis pn̄ᵐ. Si aūt hec aīa nō haberet instr̄m ꝯiūctum nō eēt actus alicui⁹ ptis corpis:qȯ soli itellectui cōpetit. ¶ Ultimo epilogās qȯ dixerat ꝯcludit ꝙ figuralr.i.vlr dcm̄ est gd sit alimētū:sed posterius certius tractādū est de alimen

De nutrimento et nutribili. to:in ppriȷs rōnibus. Fecit.n.vnū spālē librū de alimento:sicut de gnōne animalium:ꝛ de motu aialium.

¶ Determinatis autem his: primum de omni sensu cōmuniter:deinde de vnoquoq̧ dicamus. Fit itaq̧ sensus cū mouetur atq̧ patitur aliqd. vti diximus. Nam ipse sensus alteratio quedam esse videtur. Inquiunt autem quidam ꝛ a simili simile pati: qȯ quidem quonã pacto fieri potest:aut non potest :i vniuersalibus de actiōe sermonibus passiōeue dixim⁹.

T.c.51. ¶ Determinatis autem his dicamus cōiter de omni sensu. Sensus autem in moueri aliqd ꝛ pati accidit:sicut dcm̄ est:videt̃.n.quedã alteratio esse. Aiunt autem quidā ꝛ simile a simili pati. Hoc autē quomodo possibile:aut impossibile dictum ē in vniuersalibus rationibus de agere ꝛ pati.

Lec. X.

POstq̧ determinauit phs de pte vegetatiua. Hic incipit determinare de pte sensitiua. Et diuidit̃ in ptes duas. In p° determinat de eo qȯ apparet in hac pte.s.de sensibus exterioribus. In scda determinat de eo qȯ latet in pte sensitiua.ibi(Qr āt nō sit sensus alter ꝛc̃.) Pria diuidit̃ in ptes duas. In p° ondit qūo se hȝ sensus ad sensibile. In z° determinat de sensibili ꝛ sensu. ibi(Dōȝ ē aūt fȝ vnū.) Circa pᵐ duo facit. Primo resumit qdā q̄ sunt pus dcā. Scdo inuestigat ppositū.ibi(Habet autē dubitationē ꝛc̃.) Dicit g̊ pmo ꝙ determinatis his que ptinent ad

Lec.14 ꝛ inde aīam vegetatiuā dōm est de his que pertinēt ad sensum

in cōi. De his enim que ptinēt ad vnūquēq̧ sensum spāliter:postmodū dicet. Duo aūt resumit dicta de sensu q̄

Le.7.t.c.37. rum vnū est ꝙ sentire ꝯsistit in moueri ꝛ pati. Est.n. sen

Le.9.t.c.44. sus in actu q̄dā alteratio:qȯ aūt alterat̃ patit̃ ꝛ mouet̃. Aliud aūt qȯ resumit est ꝙ qdā dicūt simile a simili pati. Et pp hoc ꝙ sentire est pati:qdā ātiq phi posuerūt ꝙ simile simili cognoscit̃ ꝛ sentit̃:sicut Emp.posuit ꝙ terra:terra cognoscit̃:ignis igne:ꝛ sic de aliȷs. Sed hoc qūo esse possit vel nō:ꝙ simile simili patiat̃:dictū est in vniuersalibus rōnib⁹ de agere ꝛ pati.i.in libro ð gnōne:vbi

Li. p°. determinauit de actione ꝛ passione in cōmuni. Dictum

T.c.51. est.n.ibi ꝙ id qȯ patit̃:a pn̄° dum patit̃ est ꝯriū agenti: sed in fine qn̄ iam est passum:est silē. Agēs.n.agēdo assimilat sibi patiens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Habet autem is locus dubitationem: ambigetq̧ non iniuria quispiam:cur ꝛ sensuū ipsorum sensus nō sit:ꝛ cur sine ȷȷs que sunt extra non efficiunt sensum:cum insit ꝛ ignis ꝛ terra:ceteraq̧ elemēta quorum est per se sensus:vel per ea que ipsis accidunt: At enim patet sensitiuum non esse actu: sed potētia tm̄. Quapropter non sentit.quēadmodum combustibile non vritur.ipsum per se sine eo qȯ ipsum vrere potest. Ureret enim seipsum:ꝛnon indigeret eius quo actu est ignis.

T.c.52. ¶ Habet autem dubitationē propter quid sensuum ipsorum non sit sensus: ꝛ quare sine his que sunt extra non faciunt sensum in existe igne ꝛ terra ꝛ aliȷs elementis: quorum est sensus p se:aut fm accidens his. Manifestum igitur ē: ꝙ sensitiuum non est actu:sed potentia tm̄: vñ non sentiunt:sicut combustibile nō comburit̃ ipȝ a seipso sine cōbustiuo. Cōbureret.n.seipȝ ꝛ nihil indigeret actu ignē esse.

¶ Determinat vitatē circa ppositū. Et circa h̄ facit tria. Prio ostēdit ꝙ sensus sit in potētia. Scdo ꝙ qñq̧ est in actu ibi(Qm̄ aūt sensus ꝛc̃.) Tertio ostēdit qūo sensus reducat̃ de potētia in actū. ibi(Dōm aūt ꝛc̃.) ¶ Circa primū ꝯsiderādū est ꝙ Emp.ꝛ qcūq̧ posuerūt simile simili cognosci:posuerūt sensuȝ eē actu ipsa sensibilia: vt eniȝ cognosceret oīa sensibilia posuerūt aīam sensitiuaȝ eē cōpositā quodāmodo ex oīb⁹ sensibilib⁹ inq̧tū ꝯstabat fm eos ex elemētis sensibiliū. Duo g̊ ad hāc positionem ꝯsequebant̃.quoꝝ vnū est:ꝙ sensus est ipsa sensibilia in actu vtpote cōpositus ex eis ꝛ cū ipsa sensibilia in actu sentiri possint sequeret̃ ꝙ ipsi sensus sentiri possūt. Scdm est ꝙ cū sensus sentire possit pn̄tib⁹ sensibilib⁹: si sensibilia actu sunt in sensu:vtpote ex eis cōposito:sequtur ꝙ sensus possit sentire sine exteriorib⁹ sensibilibus. Utrūqȝ āt hoꝝ ē fl̄ȝ. Et iō hec duo icōueniētia q̄ sequuntur ad ātiquoꝝ pōnem sub qōne pposuit:tāq̧ q̄ p antiquos solui nō possint. Hoc est g̊ qȯ dicit: ꝙ (Dubitationē hȝ pp qd nō sunt sensus ipsoꝝ sensuū).i.q̄re ipsi sensus nō sentiant̃:h̄ enim vr̃ seq si sensus sint similes sensibilib⁹. Itē hȝ dubitationē(q̄re nō faciūt sensum).i.q̄re sensus nō sentiūt actu(sine his q̄ sūt extra).i. sine exteriorib⁹ sensibilibus:cū tn̄ interi⁹ existāt in ipsis sensibus fm opinionē antiquoꝝ ignis ꝛ terra ꝛ alia elt̄a que sunt sensibilia:aut fm se.i.fm suā substātiā fm eos qui nō discernūt iter sensum ꝛ intellectū:itellectus enim est pprie cognoscitiuus substantie:aut fm accn̄tia ppria.s. calidū ꝛ frigidū ꝛ alia hȯ que sunt p sensibilia. Quia igitur he dubitationes p se solui nō pn̄t si sensus hȝ sensibilia in actu vt antiq posuerūt:ꝯcludit tanq̧ manifestū ꝙ aīa sensitiua nō ē actu sensitiua: sȝ pō tm̄. Et pp hoc sensus nō sentiunt sine exterioribus sensibilib⁹:sicut cōbustibile qȯ est potētia tm̄ ignitum nō cōburit̃ a seipo sine exteriori cōbustiuo. Si eni esset actu ignituȝ cōbureret seipsum:ꝛ nō indigeret exteriori igne ad hoc ꝙ combureretur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At vo qm̄ sentire bifariam dicere cōsueuimus:nā ꝛ id qȯ potentia videt ꝛ audit:videre audireq̧ dicimus:ꝛ si forte dormiat:ꝛ id idētidem qȯ iam operatur: dupliciter ꝛ ipse sensus profecto dicetur:quidam vt potentia:quidam vt actu: similiter ꝛ ipsum sentire:ꝛ qȯ est potētia:ꝛ qȯ est actu.

¶ Quoniam autem sentire dicimus dupliciter. T.c.53. Potentia enim audiens ꝛ videns:audire ꝛ videre dicimus ꝛ si forte dormiens: ꝛ qȯ iā operans:duplr vtiqȝ dicet̃ ꝛ sensus:hic qdē sicut potētia. ille vo sicut actu. Similiter aūt ꝛ sentire qȯq̧ potentia ens: ꝛ qȯ actu.

¶ Ostēdit ꝙ ēt sensus est qñqȝ actu. Et circa h̄ tria facit. Prio ostēdit sensum qñqȝ eē in actu per hoc ꝙ duplr dicimus aliquē sentire:qñqȝ enim dicimus aliquē videre ꝛ audire:q audit ꝛ videt in potētia:puta cū aliquis ē dormiēs:qñqȝ aūt dicim⁹ aliquē videre ꝛ audire:eo ꝙ ē in ipsa operatione audiēdi ꝛ videndi. Ex quo pȝ ꝙ sensus ꝛ sentire dicunt̃ duplr.s.in actu ꝛ in potētia. ¶ Scdo ibi.

¶ Primū igitur id scire oportet: nos inquā quasi sit eadem pati: moueri: ac operari: ita nūc his vti ac dicere. Motus enim est quidam actus: imperfectus tamen: vt in alijs diximus.

T.c.54 ¶ Primum quidem igitur tanquā sit idem pati et moueri: et agere et mouere dicimus. Et namq3 motus est actus quidam: imperfectus tamen sicut in alijs dictum est.

¶ Manifestat quō intelligēdū sit qd dictū ē: videbatur enim repugnare q sentire dicit in actu ei qd dictū est q sentire est qddā pati et moueri. Esse eniz in actu videtur magis ptinere ad agere. Et io ad hoc exponēdū dicit: q ita dicim⁹ sentire in actu ac si dicamus q pati et moueri sint qddā agere: id est qddā eē in actu. Nā mot⁹ est qdaz
T.c.6. act⁹: sz imperfect⁹: vt dictū est in.3.physi. Est enim actus existētis in potētia.s.mobilis. Sicut igit mot⁹ est act⁹: ita moueri et sentire est qddā agere vel eē fm actuz. Per h aūt q dicit primū: significat q quedam alia postmoduz
Lec. ii. subdet ad ostendendum quomodo sensus fiat in actu.

¶ Tertio ibi.

¶ Ea vo cuncta que patiuntur: atq3 mouentur ab actiuo: ab eo qd est actu patiuntur: atq3 mouentur. Idcirco fit vt tum a simili sibi: tuz a dissimili res ois patiatur: vt diximus. Patitur enim ea que est dissimilis: at cum est passa: tum similis est vt patet.

¶ Omnia autez patiunt et mouent ab actiuo et actu ente. Vñ est quidē tāq3 a simili pati. est autē vt a dissimili: sicut diximus. Patit qdē eniz qd dissimile: passum aūt simile est.

¶ Ostēdit fm pdicta quō antiquoꝝ positio nō possit esse vera.s.q sile sili sentit. Dicit ḡ q oia que sunt in potētia patiunt et mouent ab actiuo et existēte in actu: qd.s.duz facit eē in actu ea q patiunt assimilat ea sibi: vnde quodāmō patit aliqs aliqd a simili et quodammō a dissimili: vt dictū est: qr a principio dū est in trāsmutari et pati est dissimile: in fine aūt dū est in trāsmutatū eē et passum: est simile. Sic igit et sensus postq3 factus ē in actu a sensibili: est similis ei: sed ante non est similis. Quod antiqui non distinguentes errauerunt.

¶ Deinde distinguendum est de potentia atq3 actu: nūc enim de his ipsis simpliciter dicimus.

T.c.55. ¶ Dicendum autem et de potentia et actu est. Nunc enim simpliciter dicimus que habemus de ipsis. Lec. XI.

Postq3 Phs ostēdit sensum eē in potētia et in actu: nūc intēdit ostendere quomodo educat de potētia i actū. Et diuidit in ptes duas. In pma distinguit potētiā et actū: et ostēdit quomō diuersimode aliquid educat de potētia in actū. vtens exēplo in intellectu. In scda pte ostēdit ppositū circa sensum. ibi (Sensitiui aūt.) Circa primum tria facit. Primo dicit d quo est intētio. Scdo distiguit potētiā et actū circa intellectū. ibi (Est qdē eniz sic sciēs etc.) Tertio ostēdit quomō educit aliqd de vtraq3 potētia in actū. ibi (Ambo qdē igit etc.) Dicit ḡ p q dōm est de potētia et actu.i. ostēdēdū quot modis dicit aliqd i potentia: et quot modis in actu: qd necessariuz fuit: qr in superiorib⁹ simplr.i. absq3 distinctione vsus est potentia et actu. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nam est hoc pacto quippiam sciens: vt si dicam⁹ hominem esse scientem: quia homo est talis suapte natura: vt sit sciens atq3 scientiam habeat. Est etiā hoc pacto quippiam sciens: vt hominem eum iā dicimus esse scientem: qui geometriam atq3 grāmaticam habet: atq3 horum vterq3 non eodem modo potest: potentieq3 subijcitur: sed aliter quidez ex eo qr genus ipsuz est tale materiesue. Alter vo propterea qd cum voluerit contemplari: potest id ipsum facere: nisi quid externum forte prohibeat impedimentoq3 fiat. At preter ipsos ē iste qui iam contemplatur: et est actu proprieq3 sciens: hoc. A.

¶ Est quidem enim sicut sciens aliquid: sicut si dicamus hominem: quoniam homo scientiuz et habentium scientiam. Est autem sicut iaz dicimus scientem habentem grāmaticā. Vterq3 autem horum non eodem modo possibilis est.

¶ Sed hic quidem quoniam genus huiusmodi et materia est: ille autem qr volens possibilis est cōsiderare: nisi aliquid prohibeat exterius. Iam autem considerans actu ens: per se et proprie sciens hanc litteram A. T.c.56.

¶ Ostendit quale debeat esse instrumētū gustus. Et primo ponit veritatē. Secūdo manifestat eā per signū. ibi (Signū autē.) Dicit ergo primo quod quia illud qd est gustabile oportet esse humidum et saporosum: necesse est organum gustus neque esse humidū actu neque saporosum sm seipsum: neque esse tale quod nō possit fieri humidū: sicut istrumētū visus est quod nō habet colorē: sed est susceptiuū coloris. Et hoc ideo est: quia gustus patitur aliqd a gustabili sm quod est gustabile: sicut quilibet sensus a sensibili. Unde cum gustabile iquantū gustabile sit humidū: necesse est quod organū gustus inquantum est iam passum sit humectatum: et tamen saluatur in sua natura vt sit gustatiuū: id est potēs gustare: cum possibile est humectari: non tamē est humidum actu. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Signum autem est linguam neque cum est valde sicca neque cū est nimirū humida sentire. Is enim tactus fit humidi primi perinde atque si cum pregustauerit quispiam vehementē acremue saporem: deinde aliū gustet: et vt in egrotantibus fit: quibus cuncta videntur amara: quia ligua sentiāt tali humiditate referta.

¶ Signū aūt neque siccā existentē linguā sentire: neque multū humidā. Hic enim tactus fit primi humidi: sicut cū aliquis qui ante gustauit forte humorem: gustet alterum: et vt laborantibus amara omnia videntur: propter id quod ligua plena huiusmodi humiditate sentit.

¶ Ostendit qd dixerat per signum dicens: quod signum predictorum est: quod neque lingua existēs sicca potest sentire: neque existens multū humida: quia cum existit valde humida: precedente: domināte humiditate fit in ea tactus et sensus precedētis humidi et nō superuenientis: sicut cū aliquis ante gustauerit aliquē forte saporē: postea si gustet alterum: nō percipiet ipsum: quia adhuc manet sensus primi humoris in lingua. Et similiter laborātibus .i. febricitantibus: omnia videntur esse amara: propter hoc quod sentiunt per linguam plenā humiditate huiusmodi: scilicet cholera que est amara. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Species autem saporum ita sese habēt: queadmodū colorū. Dulce nāque et amarū cōtraria simplicia sunt. Heret autē dulci quidē pingue: amaro autē salsum. At inter hec collocantur: acre: acerbum: acidum: atque acutū. He nāque fere differentie videntur esse saporū. Quare gustus quidē instrumentū id est qd est potētia tale: gustabile autem id qd ipsum actu facere pōt.

¶ Species aūt humorum sicut et in coloribus: T.c.105
simplices quidē cōtrarie sūt: sicut dulce et amarum. Habite autē sunt cum hac quidē pingue: cum illa vero salitum: media autē horū acre et austerū: et ponticum et acutū. Fere enim he videntur esse humorū differentie. Quare gustatiuū est potentia huiusmodi. Gustabile autem est faciunm actu huius.

¶ Determinat de speciebus saporum: et dicit quod sicut in coloribus simplices colores sunt cōtrarij: vt albū nigro: sic in saporibus simplices sunt cōtrarij: vt dulce et amarū. Species aūt saporum hite .i. immediate cōsequētes simplices spēs sunt pingue qd sequitur dulce: et salsum qd sequitur amarū. Media aūt horum sūt acetosum et austerū et ponticū et acutū: que duo in idē reducuntur. Ad has aūt septē spēs saporum fere videntur reduci oēs alie. Cōsiderādū est aūt circa has species quod quamuis sapores causentur a calido et frigido et humido et sicco: et cōtraria sunt: que maxime distant: nō tamen sm maximā distantiam calidi et frigidi et humidi et sicci attenditur cōtrarietas in spēbus saporum: sed sm ordinem ad gustū put natus est imutari a sapore: vel cū horrore vel cum suauitate. Unde non est necessariū quod dulce vel amarū sit maxime vel calidū vel frigidū vel humidū vel siccum: sed maxime se habeat in tali dispōne per quā comparatur ad sensum gustus. De generatione aūt saporū in libro de sensu et sensato determinatur. Ultimo aūt concludit quod gustatiuum .i. sensus gustus vel organum eius est in potentia ad saporem et species eius: gustabile autem est qd potest reducere ipsum de potentia in actum.

¶ De tāgibili autem et tactu eadem ratio est. Nam si tactus nō vnus sit sensus: sed plures: necesse est et ea que tactu percipiuntur plura sensibilia esse. Dubitationem

tionem autem iste locus habere videtur. Dubitabit autẽ non iniuria quispiam. vtrum plures sint tactus an vnus tm̃. Et de instrumento tactus quid tandez sit: vtrum ipsa caro: ꝛ id qd̓ in ceteris simile est carni: an ita non sit: sed id quidem ipsum sit sensus huiusce medium: instrumentum autem ipsius primuz: aliud quoddam sit intus.

T.c.106 ℭ De tangibili autem ꝛ tactu eadem ratio. Si enim tactus non est vnus sensus sed plures. necessarium ꝛ tangibilia sensibilia plura esse. Habet autem dubitationem vtrum plures sint aut

T.c.107 vnus. Et quid est sensitiuum tangibilis. vtruz caro ꝛ in alijs proportionale: aut non: sed hoc quidem est medium: primum autem sensitiuũ aliud quiddam est intus. Lec. XXII.

Postq̃ determinauit Phs de sensibilibus fz alios sensus: hic determinat vltimo de sensibili fm tactũ: q2 tactus inter alios sensus videt̃ esse minus spũalis: lz sit oium aliorũ sensuum fundamentũ. Diuidit̃ aũt hec ps in duas partes. In pᵃ determinat q̃sdã dubitatiões circa sensum tactus. In scd̃a ondit v̓itatẽ circa hũc sensuz. ibi (Ois aũt videt̃.) Circa p̊mũ duo facit. Primo mouet qões. Secũdo determinat eas. ibi (Ois eteni sensus.) Dicit ergo p̊mo ꝙ q̃tũ ad ea de qbꝰ ingrendũ ẽ eadẽ rõ est: siue loq̃mur de tãgibili siue de tactu. Qd̓ enim d̓r de vno opz dici de altero: q2 si tactus nõ est vnus sensus fz pl'es. necesse est ꝙ tangibilia nõ sint vnũ genus sensibiliũ: sed pl'a. Ideo autẽ hic dicit: q2 intentio sua est primo determinare de sensibilibꝰ: postmodũ determinabit de sensu. Quia v̓o in his que circa tãgibile ꝛ tactũ dicẽda sunt: circa sensum tactus qões mouebit propter hoc ꝙ cõmodiꝰ possunt ptractari qões iste circa tactũ q̃ȝ si moueant̃ circa tangibile: idcirco hanc excusationẽ premittit ostendens ꝙ nõ refert vtꝝ de tactu vel tangibili loq̃mur. Mouet ergo duas qões circa tactũ ꝛ tangibile. Quaruz prima talis est. Utrũ sint plures sensus tactus. an vnus tm̃. Secunda dubitatio est qd est sensitiuum. i. organũ sentiendi in tactu. vtrum. s. caro sit organũ sensus tactus in aialibus brutibus carnẽ q̃ sunt aialia brũtia sanguinem: ꝛ in alijs q̃ carẽt sanguine aliqd ꝓportionabiliter rñdẽs carni. Aut non est ita: sed caro qdẽ ꝛ illud qd̓ ꝓportionabiliter ei rñdet est mediũ in sensu tactus. Sed primũ organum sensus tactus est aliqd intrinsecum circa cor vt dicitur in libᵒ de sensu ꝛ sensato. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Omnis enim sensus vnius cõtrarietatis esse videtur: vt visus: albi: nigriq3: ꝛ auditus: acuti: grauisq3: ꝛ gustus: dulcis: atq3 amari. At in tangibili plures insunt contrarietates vt patet. est enim calidum: frigidum: humidum: siccum: molle: durum: ꝛ istiusmodi alia.

ℭ Omnis etenim sensus vnius cõtrarietatis esse videtur: vt visus albi ꝛ nigri: auditus grauis ꝛ acuti: gustus amari ꝛ dulcis. In tangibili autem multe insunt contrarietates: calidum: frigidum: humidum: siccum: durum: molle: ꝛ aliorum quecunq3 sunt huiusmodi.

ℭ Determinat premissas dubitationes. Et p̊mo pᵐᵃ. Secũdo scd̃az. ibi (Utꝝ aũt circa primuz tria facit. Primo ostẽdit ꝙ nõ est vnus sensus tactus sed plures. Scd̓o soluit positaz rõnẽ. ibi (Habet aũt solutionẽ.) Tertio iprobat solutionẽ. ibi (Sed ꝙ sit.) Rõ aũt quã primo ponit talis est. Ois enim vnus sensus v̓r esse vnius ɔ̃rietatis: sicut visus albi ꝛ nigri: auditus grauis ꝛ acuti: gustus amari ꝛ dulcis. Sed in tangibili qd̓ est obiectum tactus sunt multe ɔ̃rietates. s. cali. ꝛ frigi. humi. ꝛ sic. duruz ꝛ molle: ꝛ quedam alia huiusmodi: vt graue: ꝛ leue: ꝛ acutum ꝛ hebes: ꝛ similia: ergo tactus nõ est vnus sensus: sed plures. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Sed esse videtur ad hanc dubitationem quedam solutio. Nam in ceteris etiam sensibus plures sunt contrarietates. In voce nanq3 non soluz est acumẽ ꝛ grauitas: sed etiam magnitudo ꝛ paruitas: ꝛ leuitas ꝛ asperitas vocis: ꝛ alia huiuscemodi. Sũt ꝛ circa colorẽ differẽtie alie tales.

ℭ Habet autem solutionem quandam ad hanc dubitationem: ꝛ ꝙ in alijs sensibus sunt cõtrarietates plures: vt in voce non soluz acumen ꝛ grauitas: sed ꝛ magnitudo: ꝛ paruitas: ꝛ lenitas: ꝛ asperitas vocis: ꝛ similia alia. Sunt aũt ꝛ circa colorẽ differẽtie huiusmodi altere. T.c.108

ℭ Ponit quãdã apparentẽ solutionẽ ad predictã dubitationẽ: ꝛ dicit ꝙ aliquis potest habere solutionẽ ad predictam dubitationẽ per hoc ꝙ in alijs sensibus videntur esse plures cõtrarietates: sicut in auditu. Nã circa vocez audibilẽ nõ solũ põt attẽdi cõtrarietas acuti ꝛ grauis: sz ẽt magnitudo ꝛ paruitas vocis: ꝛ lenitas ꝛ asperitas eiꝰ: ꝛ aliq̃ alia similia. Et similiter circa colorẽ pñt inueniri alique alie differẽtie preter cõtrarietatem albi ꝛ nigri: sicut ꝙ aliquis color est intensus ꝛ alius remissus: aliqs pulcher: ꝛ aliquis turpis: ꝛ tamẽ per hoc non tollit̃ quin auditus sit vnus sensus ꝛ similiter visus. Unde multiplex cõtrarietas tangibilium nõ videtur impedire: quo minus tactus sit vnus sensus. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Uerum quidnam sit vnum obiectum tactui: sicut vnum est auditui sonus: non esse manifestum videt̃.

ℭ Sed ꝙ sit vnuz subiectũ sicut auditui sonus sic tactui: non est manifestuz.

ℭ Excludit positã solutionem: ꝛ dicit ꝙ oium ɔ̃rietatũ q̃ sunt circa audibilia est vnũ subm. s. sonus: ꝛ similiter color circa visibilia. Sz nõ potest īueniri aliqd vnũ qd̓ sit cõe subm oium ɔ̃rietatuz q̃ sunt circa tangibilia: ꝛ pp̄ h̓ nõ v̓r esse vnũ genus tangibiliũ. vnde neq3 vnus sensus tactꝰ. ℭ Ad euidẽtiã aũt coꝝ q̃ hic dicunt̃ ɔsiderare oz: ꝙ distictio potẽtiaꝝ ꝛ obiectoꝝ ꝓportionabilis est. Unñ cũ vnus sensus sit vna potẽtia: opz ꝙ ei sensibile corrñdens sit vnũ genus. Oñsum est aũt in. 10. meta. ꝙ in vno genere est vna prima ɔ̃rietas. Unde opz ꝙ circa obiectũ vnius sensus: attẽdat̃ tm̃ vna p̊ma ɔtrarietas. Et iõ hic dicit Phs ꝙ vnius sensus est vnius ɔ̃rietatis. Pñt tamẽ in vno genere esse plures ɔ̃rietates post primã: vel p modũ subdiuisionis: sicut in genere corpoꝝ. p̊ma ɔ̃rietas est animati ꝛ iaiati. Et q2 aiatũ corpus diuidit̃ p sensibile ꝛ insensibile: ꝛ vlterius sensibile p rationale ꝛ irrationale: multiplicãtur ɔ̃rietates in genere corpis. Uel sunt plures ɔ̃rietates vnius generis p accidẽs: sicut in genere corporis est ɔ̃rietas albi ꝛ nigri: ꝛ fm oia q̃ corpori accidere pñt. Et per hunc modũ intelligẽdũ est: ꝙ circa sonum ꝛ vocẽ preter p̊mã ɔ̃rietatẽ grauis ꝛ acuti q̃ est per se: sũt alie ɔ̃rietates q̃si per accidens. In genere aũt tangibiliũ

sunt plures prime 9rietates per se: que tñ oẽs quodãmo
do reducunt ad vnũ subm: ⁊ quodãmodo nõ. Potest enĩ
vno modo accipi subm 9rietatis ipsuʒ genus qd̃ cõpara
tur ad differentias 9trarias: sicut potẽtia ad actum. Alio
modo potest accipi subiectum 9rietatũ suba que ẽ subʒ
generis cuius sunt cõtrarietates: sicut si dicamus ꝙ cor
pus coloratum est subiectum albi ⁊ nigri. Si igitur loq̃
mur de subiecto qd̃ est genus: manifestũ est ꝙ nõ est idẽ
subiectum oĩum qualitatũ tangibiliũ. Si autem loqua
mur de subiecto que est suba: vnũ subiectum est oĩuʒ eo
rum. s. corpus pertinens ad 9sistentiam aĩalis. Unde in
fra dicit Philosophus: ꝙ tangibiles qualitates sunt cor
poris ſm ꝙ est corpus quibus. s. elemẽta corporis distin
guunt abinuicem. Horum enim est sensus tactus discre
tiuus que ad cõsistentiam corporis animalis pertinent.
Unde formaliter loquendo ⁊ ſm rationem sensus: tact⁹
non est vnus sensus: sed plures. Subiecto autẽ est vnus.
¶ Deinde cum dicit.

¶ Huius autem vtrum instrumentũ tactus intus sit:
post carnem an non sit: sed statim sit ipsa caro: id nõ
esse signum videtur: sensum inquã illico fieri: cũ res
tactu percipiende tanguntur. Etenĩʒ si quis nunc cir
ca carnem subtilem pellem extenderit: deinde reʒ ta
ctu percipiendaʒ tetigerit: sensus statĩ similiter fiet:
⁊ tamen in illa pelle tactus instrumentũ non est. Qd̃
si copulata fuerit: veloci⁹ vt pʒ: sensus pceptio fiet.

T.c.109 ¶ Utrum autem est sensitiuum intus aut non: ſʒ
mox caro: nullum videtur esse signum fieri sen
sum simul cum tactu. Etenim nunc si aliquid
circa carnem extenderit vt pellem faciens simi
liter sensum mox tactum insinuat: ⁊ tamen cõ
stat ꝙ non est in hoc sensitiuum. Si auteʒ ⁊ cõ
naturale fuerit: citius vtiqʒ pertiget sensus.

¶ Pertractat scd̃am q̃õnem. Et circa hoc duo facit. Pri
mo docet veritatẽ. Scd̃o 9cludit quoddã qd̃ pertinet ad
manifestationẽ prime q̃õnis. ibi (Propter qd̃ talis ps.)
Circa primũ sciẽdũ est ꝙ posset alicui videri: ꝙ caro eẽt
organũ sentiẽdi ſm tactum hac rõne: q2 statim ad tactũ
carnis sentimus tangibilia. Dicit ergo ad excludendum
hãc rõnem ꝙ ad iudicandũ vtrũ organũ tactus sit itus:
vel nõ sed statim caro sit organum tactus: nõ videt̃ esse
sufficiẽs signũ hoc ꝙ simul cum caro tangitur fit sensus
tãgibilis. i. sentitur: q2 ⁊ nũc si aliquis supra carnem ex
tẽderet aliquã pelliculã aut telã subtilẽ: stati ad tactum
ipsius qd̃ superextẽderet̃ carni sentiret̃ tangibile. Sed tñ
constat ꝙ organũ sensus tactus non esset in illa pelle su
perextẽsa. Et iterũ manifestũ est: ꝙ si illa pellis superex
tẽsa fieret 9naturalis hoĩ: citi⁹ per eã sentiret̃. Uñ lʒ ad
tactũ carnis q̃ est hoĩ connãlis statim tangibile sentiat̃:
nõ tñ seqtur ꝙ caro sit organũ tactus: sed est quoddam
mediũ connaturale. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quapropter talis pars corporis perinde sese habe
re videtur: atqʒ si circunfusus aer coniunct⁹ esset no
bis: ac copulat⁹. Tunc enim vno quodam instrumẽ
to profecto sonum: ⁊ colorem: ⁊ odoreʒ: videremur
sentire: ⁊ vnus quidem videretur esse nimirum sen
sus: visus: audit⁹: atqʒ olfatus. Nunc autem q2 scitũ
ctum ẽ id per qd̃ fiunt motus: patet instrumenta iaʒ
dicta sensuum esse diuersa. In tactu autem idipsum
nunc latet. Fieri enim nequit vt ex aere vel aq̃ cor
pus animatum tñmodo 9stet: quippe cum solidum
quoddam esse oporteat. Restat igitur vt ex his atqʒ
terra sit mixtum: quale ẽ ipsa caro: ⁊ id qd̃ vicẽ ipsi⁹
subit. Quare necesse ẽ ipsum corpus copulatum me
dium esse inter instrumentum ipsi⁹ tact⁹: ⁊ res ipsas
tangibiles: per qd̃ fiunt ipsi sensus: q qdẽ sunt plẽs.

¶ Propter qd̃ talis pars corporis videtur sic T.c.110
se habere sicut si circulariter nobis adunat⁹ es
set aer. Videremur enim vno quodam sentire
⁊ sonum ⁊ odorem ⁊ colorem: ⁊ vnus quideʒ
sensus esse auditus ⁊ visus ⁊ olfatus. Nũc au
tem quoniam determinatuʒ est per qd̃ fiũt mo
tus: manifesta sunt predicta sensitiua altera eẽ.

¶ In tactu autem hoc quideʒ nunc inmanife T.c.111
stum est. Ex aere quidem eniʒ aut aqua impos
sibile est constare animatum corpus. Oportet
enim firmum esse. Relinquitur autem mixtum
ex terra: ⁊ ex his eẽ vt vult caro ⁊ proportiona
le. Quare necessarium est ⁊ corpus esse qd̃ me
dium tactui adunatum per quod fiant sensus
cum sint plures.

¶ Cõcludit quoddã qd̃ valet ad manifestationeʒ prime
q̃õnis: ⁊ dicit ꝙ q2 caro est sicut medium 9naturale ĩ sen
su tactus: videt̃ ꝙ hec pars corporis sic se habeat ad sen
sum tactus: sicut si aer qui est circa nos esset 9naturalis
nobis. Videretur enim tũc ꝙ aer ille esset organũ in vi
su: auditu: ⁊ olfatu: q̃uis sit mediũ: ⁊ ita videremur vno
organo sentire sonũ: ⁊ odorẽ ⁊ colorem: ⁊ p 9sequẽs vide
retur esse vnus sensus auditus: visus: ⁊ olfatus. Sed nũc
q2 mediũ per qd̃ fiunt motus dictoꝝ sensibiliũ ẽ (deter
minatũ). i. distinctum a nobis: manifestum est ꝙ nõ est
organũ. Et itẽ manifestũ est. ꝙ diuersa sunt organa triuʒ
sensuum dictoruʒ: ⁊ per 9sequens ꝙ sunt diuersi sensus.
Sed in tactu hoc nõ est manifestũ: q2 mediuʒ est 9natu
rale nobis. Et huius diuersitatis rationem assignat. Aer
enim ⁊ aqua que sunt media alioꝝ sensuum: nõ pñt esse
9naturalia nobis: q2 impossibile est ꝙ ex aere puro ⁊ ex
aqua pura consistat aĩatũ corpus. Cuʒ enim sint corpora
humida ⁊ fluxibilia nõ sunt firma neqʒ bene terminabi
lia in seipsis. sed solũ termino alieno. Corpus autem aĩa
tum oportet esse firmũ ⁊ in se terminatuʒ. vnde oportet
ꝙ sit mixtuʒ ex terra ⁊ aere ⁊ aqua: sicut vult se habere
id est sicut exigit caro in aĩalibus habentibus carnem: ⁊
illud qd̃ pportionabile est in aĩalibus non habentib⁹ car
nem. Et sic illud corpus qd̃ est mediũ in tactu. s. caro: po
test eẽ adunatũ id est naturaliter vnitũ tactui: ita ꝙ per
ipsum sicut per medium cõnaturale: fiant plures sensus
tactus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Indicat autem plures esse: tact⁹ iste qui in lingua
cõsistit. Nam eadeʒ in parte ⁊ omnes res tangibiles:
⁊ saporem etiam sentit. Si igitur ⁊ cetere partes car
nis sentirent saporem: vnus idemqʒ tunc sensus vi
deretur: esse profecto gustus ⁊ tactus. Nunc autem
q2 nõ fit 9uersio: duo diuersi sensus eẽ cẽsentur.


¶ Demonstrat autem ꝙ plures sint qui in lingua T.c.112
tactus. Omnia enim tangibilia sentit ſm ean
dem partem ⁊ humorem. Siquidem igitur ⁊

alia caro sentiret humorē: videret̄ vn⁹ ⁊ idē eē sensus: gustus ⁊ tactus. Nunc autē sunt duo: propter id qđ non conuertitur.

℄ Ponit quoddā aliud ad idē māifestādū: ⁊ dicit ꝙ hoc idē demonstrat̄ per hoc ꝙ in lingua fiunt plures tactus. Sentimus enim per linguā oīa tangibilia: que sentim⁹ per alias partes corporis. ⁊ vlterius per ipsam sentimus (humorē). i. saporem quē nō sentimus per aliquā aliā partem corporis. Si aūt alia caro sentiret saporem: non discerneremus inter gustū ⁊ tactum: sicut nūc non discernimus inter tactum qui est discretiuus calidi ⁊ frigidi ⁊ tactum qui est discretiuus humidi ⁊ sicci. Sed nunc apparet ꝙ gustus ⁊ tactus sint duo sensus. q̄ nō ꝯuertunt̄ inuicem. non enim per q̄cūq; partē fit sensus tactus fit ⁊ gustus. Ratio aūt quare non per quācunq; partem fit gustus per quā fit tactus est: q̄ sapores non sunt qualitates elemētorū. ex quib⁹ corpus aīalis cōstat. vnde nec ptinent ad ꝯsistentiā aīalis: sicut qualitates tangibiles.

℄ At vō dubitabit hoc loco nō iniuria quispiā. Nā si corpus qdem omne profunditatē habet: atq; hec est tertia magnitudo: fieri vō negt: vt ea corpora sese mutuo tangāt: inter que corpus aliqđ medium intercedit: humidumq; nō est sine corpore nec humectatum: sed necesse est vel aquā esse vel aquā habere: qui fieri potest: vt corpus tangat corpus in aquā. Etenim necesse est cum extrema nō sint sicca: in medio aquam esse: qua repleta sunt ipsa extrema. Qđ si hoc est verū: fieri profecto nō potest: vt corporū tactus fiat in aqua. Eodē etiam modo de ijs dici potest: que in aere collocātur. Simili nāq; modo sese habet aer ad ea que sunt in ipso: ⁊ aqua ad ea q̄ sunt in ipsa. Latet aūt nos magis in hisce: que ī aere collocant̄: q̄ in animalibus: que sunt in aqua: si humectatum: humectatum tangit.

℄ Dubitabit autē aliquis: si omne corpus pro- T.c.iiij.
fundum habet. ℄ Hec autem est tertia. Quorum autem corporum mediū est aliquod corpus: non contingit ipsa adinuicem se tangere. Humidum autē non est sine corpore neq; humectatum: sed necesse est aquam esse aut habere aquam. Que vō tanguntur adinuicem in aq̄ nisi sicca extrema sint: necesse est aquam habere medium: quo repleta sint vltima. Si autē hoc verum: impossibile est tangere aliquid aliud in aqua. Eodem autē modo est ⁊ in aere. Similiter enim se habet aer ad ea que sunt in ipso: ⁊ aqua ad ea que sunt in aqua. Latet autē magis nos: sicut ⁊ que sunt in aqua aīalia: si humectatum tangit humectatum. Lec. XXIII.



Stenso ꝙ in sensu tactus requiritur mediū ꝯnāle: h̄ ingrit Phs vtrū regrat̄ in eo mediū extraneū. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit ꝙ tact⁹ nō fit sine medio extraneo. Scđo oñdit in quo differāt tactus ⁊ gustus ab alijs sensibus q̄ per mediū extraneū sentiunt. ibi (Vtrū igitur.) Dicit ergo p̄mo ꝙ circa tactum pōt aliqs dubitare vtrū. s. habeat medium extraneū: cū ostēsū sit ꝙ habeat mediū ꝯnāle. Et ista dubitatio pcedit si oē corp⁹ h̄z pfūdū qđ est tertia dimēsio. Manifestū est enim oē corpus tres dimēsiones habere. s. lōgitudinē: latitudinē: ⁊ pfunditatē. Ex quo sequit̄ ꝙ inter q̄cūq; corpora est aliquod corpus mediū. ipsa nō tāgūt se inuicē imediate. Distant enim abinuicē ex quo aliq̄ dimēsio ē iter ea: manifestū ē etiā ꝙ vbicūq; ē mediū humidū vel humectatū: opꝫ eē aliqđ corpus. Humiditas enim cū sit qualitas q̄dā: non est nisi in sbiecto corpe. Aut igit̄ iest alteri corpori fm se ipsum: ⁊ tunc est humidū sicut aq̄: aut h̄z humiditatē fꝫ aliqđ corpus sibi adueniēs: ⁊ sic dr̄ humectatū ex hoc ꝙ h̄z aquā in superficie tm̄: vel in supficie ⁊ pfundo. Et h̄ est qđ dicit ꝙ necesse est oē corpus humidū vl̄ humectatū eē aquā: aut habere aquā. Manifestū est aūt ꝙ corpora q̄ tangunt̄ in aqua adinuicē necesse est ꝙ habeant inter se aquā mediū: qua repleta sunt vltima corpꝝ: nisi forte dicat̄ ꝙ sint sicca in aqua existentia: qđ est impossibile. Necesse est enim ꝙ ea que in aqua sunt. sint humectata: ita ꝙ habeant aquam in supficie: ⁊ sic relinquit̄ ꝙ inter duo tangentia se in aqua sit aqua mediū. Et si hoc verum est. sequit̄ ꝙ ipossibile sit ꝙ aliqđ corp⁹ tāgat aliud in aqua imediate. Et silr̄ eodē mō se h̄z đ aere q̄ ē humidus nālr̄: sicut ⁊ aqua. Silr̄ enī se h̄z aer ad humectanda ea que sunt in aere: sicut se h̄z aqua ad humectanda ea q̄ sunt in aqua. Sed magis latet nos de aere ꝙ sit mediū q̄ de aqua: pp̄ h̄ ꝙ cōtinue sumus in aere: ⁊ sic impceptibilr̄ iheret nobis. Et similiter aīalia q̄ sunt in aqua latet si duo corpora humectata per aquā se tāgāt. q̄ enim cōtinue sunt in aqua nō pcipiunt aquā q̄ est iter ipsa ⁊ corpora tāgētia. Est aūt ⁊ alia rō: q̄re magis latet nos de aere q̄ de aq̄: q̄ aer est subtilior: ⁊ minus sensu perceptibilis. Relinqt̄ ergo ꝙ semp qñ tāgimus aliqd est mediū iter Dubitatio
nos ⁊ res cōtactas aer vel aqua. ℄ Sed dubitatio h̄ accidit. Opꝫ enim illud qđ est mediū in aliquo sensu esse denudatū a q̄litatib⁹ sensibilibus fm illū sensum: sicut diaphanū nullū h̄z colorē. manifestū est autē ꝙ aer ⁊ aq̄ hñt tāgibiles q̄litates: nō igit̄ mediātib⁹ eis pt fieri sen- Rñsio
sus tactus. Rñdet aūt ad hoc Auerrois: ꝙ nos non patimur a puro aere vel aqua. Nihil enim patit̄ nisi a suo ꝯ- Auerro.
rio fm pncipiū passiōis. aer aūt ⁊ aqua nō ꝯriant̄ nobis: sed sunt nobis sīlia. cōpant̄ enī ad nos sicut locus ad locatum: vnde tact⁹ noster nō patit̄ a qualitatibus aeris vl̄ aque: sꝫ ab extraneis q̄litatib⁹. Qđ enim sentit̄ de qualitatib⁹ tangibilib⁹ in aere ⁊ in aq̄ est de ammixtione extraneorū corporū. vt ipse dicit: q̄ sicut ignis nunq̄ amittit calorē suū: ita nec aq̄ amittit suā q̄litatē. Sꝫ ꝙ aliqñ sentimus calidā. h̄ est ex pmixtione extranei. ℄ In hac Impu.
aūt respōsione est multiplex error. Primo qdē ī hoc qđ Rñsio
dicit ꝙ corpora nostra nō patiunt̄ ab aere vel aq̄: q̄ sūt Auerro.
similia nobis. sicut locus locato. Manifestū est enim ꝙ corpora nostra sortiunt̄ locū nālē sicut ⁊ motū naturalē ex natura elemēti predominātis. Nō ergo aliter cōparātur ad locū ⁊ ad corpora ꝯtinētia corpa nostra: q̄ ipsa elemēta locata ad elemēta locātia. Elemēta aūt in suis extremitatib⁹ se alterāt: vt pꝫ per Phm in p̄mo metheo. Lec. 2ª
corpus ergo nostrū ab elemētis natū est alterari. Itē đ qđ est in potentia: natū est pati ab eo qđ est in actu. Corpora aūt nostra cū sint in quadā medietate ꝯstituta iter extremitates tāgibilium q̄litatū que sunt in elementis: hñt se ad qualitates elementares: vt potentia ad actum. Mediū enim est in potētia ad extrema: vt infra dicetur T.c.ig.
Manifestū est igitur ꝙ corpora nostra nata sunt imutari a q̄litatib⁹ elrorū ⁊ sentire eas. Prouenit ḡ h̄ error ex eo ꝙ nesciuit distinguere inter elementa fm ꝙ sunt sibi inuicem ꝯtraria: ⁊ fm ꝙ sunt se ꝯtinētia ⁊ sibi similia vt

locus locato. ¶ Dicēdū ē igiť ꝙ elemēta possunt dupliciter ꝯsiderari. Uno modo ꝺ3 q̄litates actiuas ⁊ passiuas: ⁊ sic contrariantur adinuicem: ⁊ se inuicem immutāt in suis extremis. Alio modo ꝺm formas substātiales q̄s cōsequūť ex īpressione corporis celestis. Uñ q̄to corp⁹ elementale est ꝓpingus corpori celesti: tāto plus h3 de forma. Et q2 ad formā ꝑtinet ꝯtinere: ⁊ ꝙ se habeat in rōne toti⁹: inde est ꝙ corpus superius ꝯtinet inferi⁹: ⁊ cōparať ad ipsum sicut totū ad partem diuisa3: que est comparatio loci ad locatū. Unde ⁊ vis locātis ⁊ cōtinētis deriuatur ad elementa ex primo cōtinenti .s. corpore celesti. Et propter hoc locus ⁊ motus localis non attribuūť elemē tis ꝺm qualitates actiuas ⁊ passiuas: sed cōsequitur formas substantiales elementoꝝ. ¶ Alius error est in hoc

Ali⁹ error auerrois. qḋ dicit ꝙ aqua ⁊ aer non alterātur nisi per āmixtione3 extranei. Manifestū est enim ꝙ aer ⁊ aqua ꝺm partem sunt corruptibilia. Corruptio aūt ⁊ generatio in elementis pōt fieri sine mixtione: ⁊ seqtur alterationē: vt patet

li.2.t.c.24.⁊ in in li° de generatione. Unde manifestū est ꝙ adhuc durante specie aq̄ pōt imutari aq̄ a sua nāli q̄litate absq3 ammixtione extranei. Ignis aūt cō sit formalior est magis actiuus inter elementa. q̄ omnia cōparātur ad ipsum si

Te.c.2.t.c.5. cut māľia. vt dicitur in .4. metheo. Unde non est simile de ipso ⁊ de alijs. ¶ Dōm est igiť ꝙ q2 aer ⁊ aqua sunt facile mutabilia ab extraneis qualitatib⁹: ⁊ ꝑcipue quādo sunt modice quātitatis: sicut accidit in aq̄ vel aere q̄ sunt iter alia duo corpora se tāgentia. Propter hoc nō īpediť sensus tact⁹ quin ꝑ mediū aerē ⁊ aquā fieri possit. Et minus etiā impedit aer q̄3 aqua: q2 aer h3 q̄litates tāgibiles parum sensibiles. Unde si intendantur q̄litates tangibiles aeris vel aq̄. magis impeditur tactus: vtpote cū aer vel aqua intensam frigiditatem vel caliditatem habuerint. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Utrum igitur omnium simili mō sit sensus: an sensuum quidam: vt nunc videtur eodem: quidam diuerso modo obiecta sua percipiant. Gustus quidem ⁊ tactus tāgendo: ceteri autem eminus. At id profecto non ita est: sed durum etiam ⁊ molle per alia plane sentimus. Quemadmodum ⁊ id qḋ sonat ⁊ visibile ac odorabile. Uerum hec quidem eminus: illa ꝟo cominus sentiuntur. Quapropter latet si per mediū illa percipiantur. Nam sensibilia cūcta per medium sentiunť: sed in illis idipsum latet vt diximus. Etenim ꝟo si per subtilem pellem: vt prius etiam est dictu3: positam circa carnem sentiremus omnia tangibilia idipsum nō animaduertētes: sic nos tum vtiq3 sentiremus vt nunc in aere sentimus ⁊ aqua. Nunc enim videmur res ipsas tāgibiles tāgē: ⁊ nullū mediū eē.

T.c.li4 ¶ Utrum igitur omniu3 similiter sit sensus: an aliorum aliter: sicut nunc videtur gustus quidē ⁊ tactus in tangendo: alij autem a longe. Hoc autem non est: sed duru3 ⁊ molle per altera sentimus: sicut ⁊ sonabile ⁊ visibile ⁊ odorabile. Sed alia quidem a lōge: alia ꝟo a prope. Propter qḋ latet: quoniam omnia quidem sentim⁹ per medium: sed in his latet. Et quide3 sicut diximus prius: ⁊ si per pellem sentiremus oia tāgibilia ignorato qm̄ ꝓhibet: similiter vtiq3 haberemus sicut ⁊ nunc ⁊ in aq̄ ⁊ in aere. Putamus .n. nūc ipsa tāgere: ⁊ nihil eē ꝑ medium.

¶ Ostēdit dr̄ia3 iter tactū ⁊ gustū: ⁊ alios sensus. Et prio excludit quādā dr̄iam extimatā. Scdo ponit dr̄ia3 verā ibi (Sed differet.) Dicit ergo p̊ ꝙ ex quo tactus habet me^m extraneum ꝯsiderandū est. vtꝝ oīu3 sensibiliū fiat silr sensus: aut diuersoꝝ diuersimode sicut in prōptu videtur esse dr̄ia ꝙ gustus ⁊ tactus sentiāt ex eo ꝙ īmediate tāgant. alij aūt sensus sentiāt de lōge sua sensibilia non tāgēdo ipsa. Sed h̄ nō est veꝝ ꝙ sic differant: sed duꝝ ⁊ molle ⁊ alias q̄litates tangibiles sentimus (ꝑ altera) .i. ꝑ media extranea. sicut ⁊ obiecta alioꝝ sensuu3: sicut sonabile visibile ⁊ odorabile. Sed ista sensibilia sunt a lōge q̄nq3 a sensu. gustabilia aūt ⁊ tāgibilia sunt de prope. intantū ꝙ mediū est q̄si impceptibile ꝑꝑ paruitatē: ⁊ iō mediū latet. Oia enim sensibilia sentimus per medium ex̄neū: s3 ī gustabilib⁹ ⁊ tāgibilib⁹ latet: q2 sicut ꝓus diximus si ꝑ aliquā pellē nobis circūpositā omnia tangibilia sentiremus ignorato ꝙ aliquid esset prohibens: similiter nos haberemus ad sentiendum per medium: sicut ⁊ nunc nos habemus sentiētes in aqua ⁊ in aere. Putam⁹ eni3 nunc ꝙ tangamus sensibilia ipsa ⁊ nihil sit mediū. ¶ Deinde cum dicit

¶ Interest autem inter tangibile: ⁊ ea que sonant: ⁊ visibilia. Nā hec quide3 sentimus: medio in nos aliquid agente. At tangibilia sentimus nō a medio: s3 vna cum ipso medio moti: vti fit cum quispiam per clipeum est percussus. Non enim percussus clipe⁹ percussit: sed fit vt ambo sint simul percussi: clipe⁹ atq3 miles.

¶ Sed differt tāgibile a visibilib⁹ ⁊ sonatiuis: T.c.iii quoniam illa quidem sentimus ex eo ꝙ mediū mouet aliquid nos: tangibilia ꝟo nō a medio: sed simul cum medio: sicut per clipeū percussus. Non eni3 clipe⁹ ꝑcussus pri⁹ ꝑcussit: sed simul accidit vtraq3 percuti.

¶ Exclusa falsa dr̄ia ponit verā. ⁊ dicit ꝙ tāgibilia differūt a visibilibus ⁊ sonatiuis ex eo ꝙ illa sensibilia sentimus per h̄ ꝙ mouēt mediū: ⁊ iteꝝ mediū mouet nos: s3 tāgibilia sentimus per mediū extraneū non quasi moti a medio extraneo: sed simul cū me° mouemur a sensibili. Sicut p3 de eo q̄ percutiť per clipeū. Nō eni3 accidit sic ꝙ clipe⁹ percussus ꝑcutiat: s3 q2 simul accidit vtrūq3 percuti. ¶ Or aūt h̄ di (simul) non est intelligendu3 ꝺm ordinē tpis tm̄: q2 ēt in visu simul moueť mediū ab obiecto: ⁊ sensus a me°. fit enim visio sine successione. Perceptio aūt soni ⁊ odoris cum successione aliqua vt in li° de sensu ⁊ sensato diciť. Sed hoc referēdū est ad ordinem cāe. In alijs enim sensibus imutatio medij est cā ꝙ imutetur sensus: nō aūt in tactu. Nā in alijs sensibus me^m est ex necessitate: in tactu aūt q̄si ꝑ accñs inq̄tū accidit corpora se tāgētia eē humectata. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Omnino autem vt aer ⁊ aqua sese habent ad visu3 ⁊ auditum: atq3 olfatū: sic caro ac lingua sese ad huius instrumentum sensus habere videntur. Atq3 nec ibi profecto: nec hic perceptio sensus fiet: cu3 instrumēto sensus a re sensibili tangitur: vt si quispiam super extremum oculi corpus posuerit album. Ex quo etiā plane patet instr̄m sensus ipsius quo res percipiuntur tangibiles intus esse collocatū vt diximus. Sic enim ⁊ hoc sensus fiet: id porro qḋ i ceteris sen

sibus fieri solet. Sensibiliũ enĩ si in ipsis istrumẽtis ponantur sensuũ: nõ fit (vt patet) pceptio. At si sup carne ponaτ tãgibile: fit: vt docet experientia sensus. Quare sine dubio ipsa caro medium est in tactu.

T.c.116. Omnino autem videtur caro τ lingua: sicut aqua τ aer ad visum τ auditum τ olfatũ se habent sic se habere ad sensitiuum sicut illorũ vnũ quodq;. Ipso aũt sensitiuo tacto neq; ibi neq; hic fiet vtiq; sensus: vt si quis ponat corpus album in oculum vltimum. Quare τ manifestũ q intus sit tangibilis sensitiuum: sic enim vtiq; accidit q quidem in alijs. Apposita enim sup sensitiuum non sentiunt: Super autem carnem posita sentiunt quare medium tactui caro.

Determinat de sensu tactus fm vitatẽ. Et p̃mo q̃tum ad me^m. Scõo q̃tũ ad q̃litatẽ organi. ibi (Tãgibiles q̃dem.) Tertio q̃tũ ad obiectũ qõ pcipiτ sensu. ibi (Amp. aũt.) Dicit ergo p̃ q ita videtur se habere caro τ lingua ad organũ sensus tactus: sicut se hñt aer τ aq̃ ad organũ visus auditus τ olfatus. In nullo enim istorum sensuum põt fieri sensus si tangaτ organũ. vt si quis ponat aliqõ corp' albũ i sup̃ficie oculi nõ vi. Vñ mãifestũ ẽ q organũ sensitiuũ in sensu tactus sit intus. Sic enim accidit in hoc sensu sicut τ in alijs. Nõ enim sentiũt aĩalia sensibilia apposita super organũ sensus. Sentiũt aũt sensibilia posita super carnẽ: q̃re manifestũ est q caro non est organum sensus: sed medium. Deinde cum dicit.

At qui ea tactu pcipiũτ q̃ corporis sunt: vt corpus est differẽtie. Dico aũt differẽtias eas q̃ rerũ elemẽta distinguũt: calidũ: frigidũ: siccũ: ac humidũ: de q̃bus antea diximus ijs in locis: in q̃bus de elementis ipsis tractauimus. Instrumẽtũ aũt id quo dicte q̃litates sentiũτ: τ ĩ quo primo sensus is collocaτ: quem appellare ꝯsueuimus tactũ: ps ea sane est q̃ est potẽtia talis. Sentire nãq; pati quoddam ẽ: vt diximus. Quare id qõ agit: tale illud facit: cũ sit potẽtia: quale ẽ ipsum actu. Quocirca simile calidũ atq; frigidũ: τ durũ ac molle nõ sentimus. Sed exupatiões: quia sensus est quasi mediocritas quedã ꝯtrarietatis: eis que ĩ ipsis sensibilib' ĩnest. Et pp hoc sensibilia ipsa discernit. Nam mediũ ipsum extremorũ ẽ iudex: fit. n. ad vtrũq; ipsorũ alterũ extremorũ. Atq; vt id qõ albũ nigrũq; pcepturũ ẽ sensu neutrum ipsorũ actu: sed potẽtia sit vtrũq; oportet: τ in ceteris eodẽ mõ: sic τ in tactu neq; calidũ: neq; frigidũ id actu sit oportet: sed vtrũq; potẽtia: qõ vtrũq; est pceptorũ.

T.c.117 Tangibiles quidẽ igitur sunt differentie corporis fm q corpus. Dico autẽ differẽtias quibus elementa determinãt calidũ frigidũ: humidum: siccum: de quibus prius dictum est ĩ his que de elemẽtis. Sensitiuum autem ipsarum qõ tactiuum: τ in quo sensus vocatus tactus ẽ

T.c.118 primo: q potẽtia huiusmodi pars est. Sentire enim pati quoddam est. Quare faciens q̃le ipsum actu huiusmodi illud facit cum sit potentia. Unde similiter calidũ τ frigidũ aut durum τ molle non sentimus: sed excellentias tan quã sensu velut medietate quadã existẽte eius que in sensibilibus contrarietatis. Et propter hoc discernũt sensitiua sensibilia: mediũ enim discretiuũ est. Fit enim ad vtrũq; ipsorũ alterum vltimorũ. Et oportet sicut debẽs sentire album τ nigrũ neutrũ ipsorũ τ ebere esse actu: potẽtia vero vtrũq;: sic autem τ in alijs: τ in tactu neq; calidum neq; frigidum. T.c.119.

Ondit q̃le sit organũ tact'. τ dicit q tãgibiles qualitates sunt dr̃ie corpis fm q est corpus. i. dr̃ie q̃bus elemẽta distinguũτ abinuicẽ. s. cali. frigi. humi. τ sic. de quibus dictũ est in his que sunt de elemẽtis: id est in li° de generatione τ corruptione. Manifestũ est aũt q organum tactus τ in quo primo fundatur sensus qui diciτ tactus: est quedam pars que est in potẽtia ad huiusmodi q̃litates. Organũ eni sensus patiτ a sensibili: q2 sentire est pati qõ dã: vnde sensibile qõ est agens: facit ipsum esse tale ĩ actu quale est sensibile: cũ sit in potẽtia ad hoc. Et propter h̃ organũ tactus nõ sentit illã qualitatẽ fm quã est in actu. Nõ enim sentimus id qõ est calidũ aut frigidũ: durum: aut molle: fm illum modũ quo hec insunt organo tactus: sed sentimus excellẽtias tãgibiliũ: q̃si organo tactus cõstituto in aliqua medietate inter cõtrarias tangibiles q̃litates. Et propter hoc organũ tactus discernit extrema tangibiliũ. mediũ enim est discretiuũ extremorũ. potest enim pati ab vtroq; extremorũ eo q dũ comparatur ad vnũ: se hz in rõne alterius: sicut tepidũ in cõparatiõe ad calidũ est frigidũ. In cõparatiõe ad frigidũ est calidum. vnde mediũ patitur ab vtroq; extremorũ: cum sit quodã mõ vtriq; cõtrariũ. Et oportet q sicut organũ qõ debet sentire album τ nigrũ: neutrum ipsorum habet actu. sed vtrũq; in potẽtia: τ eodẽ modo in alijs sensibus: sic etiam se habeat in sensu tact': vt. s. organũ neq; sit calidũ neq; frigidum actu: sed potentia vtrũq;. Aliter tamen accidit hoc circa tactum: τ circa alios sensus. Nã in visu organũ visus est in potentia ad albũ τ nigrũ denudatũ a toto genere albi τ nigri. est enim penitus carens colore. Sed organũ τ medium tactus nõ potest denudari a toto genere calidi τ frigidi humidi τ sicci: componiτ enim ex elemẽtis quorũ he sunt ꝓprie q̃litates. Sed sic fit in potentia organũ tactus ad sua obiecta inq̃tũ est me^m inter ꝯ̃ria. Me^m enim est in potẽtia ad extrema. Et propter hoc quãto aĩal habet complexionẽ magis reductam ad mediũ: tãto habet meliorẽ tactũ. Vñ homo inter oĩa aĩalia est melioris tact': vt supra dictũ est. Deinde cũ dicit. Li.2°.t.c.8.τ in. T.c.94 τ in li.d sensu τ sensato.

Preterea vt visus visibilis ac iuisibilis quodãmõ ẽ: vti diximus: ceteriq; sensus oppositorũ silr: sic ẽt est tãgibilis ac ĩtãgibilis tact'. Intãgibile ãt ẽ ẽt id qõ exiguã admodũ differẽtiã tãgibiliũ hz quale passus est aer: τ exuperationes etiam tangibiliũ: qualia sũt ea que corrumpere possunt. De sensuum igitur vnoquoq; dictũ sit hoc modo quasi figura. Lec. 8.

Amplius autem sicut visibilis τ inuisibilis erat quodãmodo visus: similiter autem τ reliqui oppositorum: sic τ tactus τ tangibilis τ intangibilis. Intangibile autem paruam omnino habens differentiam tangibilium: vt passus est aer. Et tangibiliũ excellentie sicut corruptiua. T.c.120

T.c.lxi ¶ Scdm quidem igitur vnumquenq3 sensu3 dictum est figuraliter.

¶ Determinat de eo qd percipit per tactu. & dicit q sicut est visus quodamodo visibilis & inuisibilis & sicut alij sensus sunt oppositoz vt auditus soni & silentij: sic & tact9 est tagibilis & itagibilis. Intagibile aut di dupliciter: aut illud qd h3 excellentia: ita q corrupit sensu3 sicut ignis: aut illud qd h3 paz de qlitate tagibili sicut aer. Utruq3 enim dicitur intangibile quasi male perceptibile sensu tactus. ¶ Ultimo aut qsi epilogado ocludit q (figuraliter) id est in quadam suma dictum est de sensibilibus fm vnumqueq3 sensum. De eis enim specialiter in lib9 de sensu & sensato determinatur.

¶ Hoc aut vniuersalr accipere de oi sensu op3: sensum inqua id esse qd sensibiles sine ma formas suscipere pot: & perinde atq3 anuli signu3 sine ferro vel auro suscipit cera: suscipit aut eneu vel aureu signu: s3 no es aut auru: neq3 signu vt est aureu encumue. Simili patit & sensus vniuscuiusq3 sensibilis mo ab eo qd habet colore: aut sonu: aut sapore. Sed no vt vnumquodq3 illorum dicitur: sed vt est tale & rone.

¶ Oportet aut vniuersalr de oi sensu accipere: qm sensus est susceptiuus specieru sine ma: vt cera anuli sine ferro & auro recipit signu3. Accipit aut aureu aut eneu signu: s3 no iquatu anu3 aut es. Similr aut & sensus vniuscuiusq3 ab habete colore aut humore aut sonu patit: s3 no inquantu vnuquodq3 illoru dicitur: sed inquatu hui9 est: & fm rone. Lec. XXIIII.



Ostq3 phs i pte pcedeti determinauit d sensibilib9 fm vnuqueq3 sensum. Hic determinat de sensu. Et circa h tria facit. Pmo ondit qd sit sensus. Scdo ocludit solutione qrudam qonum ex diffinitioe sensus posita. ibi (Manifestu aut ex his &c.) 3° mouet qsda dubitatioes circa passione a sesibilib9. ibi (Dubitabit aut.) Circa pm duo facit. Pmo ondit qd sit sensus. Scdo ondit qd sit organu sensus. ibi (Sensitiuu aut.) Dicit g p q h op3 accipere vlr & coiter oi sensui inesse q sensus est susceptiu9 specie sine ma: sicut cera recipit signum anuli sine ferro & auro. ¶ Sed h vi ee coe oi patieti. Oe enim patiens recipit aliquid ab agete fm q est ages. ages aut agit p sua3 forma & no p sua mam: oe igit patiens recipit forma sine ma. Et hoc et ad sensum apparet. Non eni aer recipit ab igne agete mam ei9 sed forma. No igit videt h pprius ee sensus q sit receptiuus spez sine ma. ¶ Dom igitur q l3 h sit coe oi patieti q recipiat forma ab agete: differetia tn est i modo recipiedi. Nam forma que in patiente recipit ab agete: qnq3 qde h3 eude modu essendi i patiete que h3 in agete: & h qde otigit qn patiens h3 eadem dispone ad forma qua h3 ages. qcuq3 enim recipit i altero: fm modu recipietis recipit. Un si eode mo disponat patiens: sicut ages: eode modo recipit forma in patiete sic erat in agete: & tuc no recipit forma sine ma. L3.n. illa & eade ma numero q est agetis no fiat patietis: fit tn quodamo eade inquatu simile dispone male ad forma acqrit ei que erat in agete. Et hoc mo aer patit ab igne: & qcqd patit passione nali. Qnq3 vo forma recipit i patiete fm aliu modu essendi q sit in agente: q2 dispositio malis patientis ad recipiedu no est similis disponi mali que est in agete. Et ideo forma recipit in patiente sine ma: inquatu patiens assimilat ageti fm forma3: & no fm mam. Et per hunc modu sensus recipit forma sine ma: q2 alterius modi ee h3 forma in sensu: & in re sensibili. Nas in re sensibili h3 ee nale: in sensu aut h3 esse intetionale & spirituale. Et ponit oueniens exemplu de sigillo & cera. No enim eade dispositio est cere ad imagine3: que erat in ferro & auro. Et ideo subiugit q cera accipit signu3. i. imagine siue figura aurea aut eneam: sed no inquatu est auru aut es. Assimilat eni3 cera aureo sigillo quatum ad imagine: sed no quatu ad dispositione auri. Et similiter sensus patit a sensibili habete colore aut humore. i. sapore: aut sonu: sed no inquatu vnuquodq3 illoz dicit. i. no patit a lapide colorato inquatu lapis: neq3 a melle dulci inquatu mel: q2 in sensu non fit similis dispositio ad forma q est in subiectis illis: sed patit ab eis inqtu h3 vel inqtu coloratu vel saporosu3: vel fm rone. i. fm forma. Assimilat eni sensus sensibili fm forma: sed non fm dispositionem materie. ¶ Deinde cum dicit.

Obtio

Solo

¶ Instrumetu aut id sensus est pmu: in quo est talis vis atq3 potetia collocata: atq3 sunt ide3. Ratio vo no est eade: sed diuersa. Na id qd sentit aliq est magnitudo: no tame ro sensitiu: neq3 sensus est magnitudo: sed est queda ratio potentiaq3 illius.

¶ Sensitiuu3 aut primu est in quo huiusmodi potetia. Est qde igit ide: s3 esse alteru est. Magnitudo qde3 eni queda erit: qd sensum patit. Non tame sensitiuo esseneq3 sensus magnitudo est: sed ratio quedam & potentia illius. t.c.lxxii.

¶ Determinat de organis sensus. Quia eni dixerat q sensus est susceptiu9 specieru sine ma: qd et itellectui conuenit. posset aliqs crede q sensus no eet potetia in corpe: sicut nec itellect9. Et io ad h excludendu3 assignat ei organu: & dicit q pm sensitiuu. i. pmu3 organu sensus est in quo est potetia hui9: que. s. est susceptiua specierum sine ma. Organu enim sensus cu potetia ipsa vtputa oculus est ide subito: sed esse aliud est: q2 rone differt potentia a corpore. Potetia eni est qsi forma organi: vt supra tradi tu est. Et io subdit q (magnitudo). i. organu corporeu3 est (qd sensum patit). i. qd est susceptiuum sensus sicut ma forme. No tame est eade ro magnitudinis & sensitiui siue sensus: sed sensus (est queda3 ro). i. pportio & forma & potetia illi9. s. magnitudinis. ¶ Deinde cum dicit. Lec.xx

¶ Patet aut ex his & cur sensibiliu ex rone sensum instrumenta corruput. Na si mot9 sit vehemetior istrumetiq3 sensus superet vires dissoluit ratio. Id aute erat sensus. Dissoluiturq3 perinde atq3 ocent9 intetione: cu3 vehemeter fides pulsant. Patet pterea & qua ob cam no sentiut plate tametsi parte aliq3 hnt aie: atq3 ab ipsis tagibilibus patiunt. Frigescut.n. & calefiut. vt p3. Na hui9 ca est mediocritate no here: neq3 principiu tale: vt sensibiliu sine materia suscipiant formas: sed cu materia patiant.

¶ Manifestu aut ex his & pp qd sensibiliu3 excelletie corrumput sensitiua. Si naq3 sit fortior sensitiuo motus. soluit ratio. Hoc aut erat sensus: sicut & symphonia & tonus pcussis fortiter chordis. Et ppter quid plante no sentiunt habetes quada parte aiale: & patietes a tagibilibus. Et naq3 frigescut & calescut. Causa eni t.c.lxxiii.

no habere

non habere medietatem neq; huiusmodi principium possibile recipere species sensibilium: sed pati cum materia.

Cur' excell'es sensibile corrūpat sensum.

℄ Ex premissis concludit solutionem quandam duoꝝ que possent queri: ⁊ dicit ꝙ manifestū est ex predictis: propter quid excellentia sensibilium corrumpat organa sensuum. Oportet enim in organis sentiendi ad hoc ꝙ sentiatur esse (quandam rationem) .i. proportionem vt dictum est. Si ergo motus sensibilis fuerit fortior q̄ organum natum sit pati: soluitur proportio ⁊ corrumpitur sensus qui consistit in quadam porportione organi vt dictum est. Et est simile sicut cum aliquis fortiter percutit chordas soluitur symphonia ⁊ tonus instrumēti qui in quadam proportione consistit. Manifesta est etiā ex p̄dictis ratio alterius q̄onis (ppter qd) .s. plante nō sentiūt. cū tn̄ hēant quādā ptē aīe: ⁊ patiant̄ a quibusdā sensibilib⁹ .s. a tāgibilib⁹. Manifestū est enī ꝙ calescunt ⁊ infrigidantur. Causa igitur quare nō sentiunt est: q2 nō est in eis illa pportio que requirit̄ ad sentiendum. Nō enī habent medietatē ẜm cōplexionem inter tangibilia: que requiritur ad organum tactus: sine quo nullus sensus esse pōt: ⁊ ideo nō habēt in se huiusmodi p̄ncipium qḋ pōt recipere species sine (materia) .s. sensum. Sed accidit ei pati cum materia .s. ẜm materialez transmutationem. ℄ Deinde cum dicit.

Cur plante nō sentiūt.

℄ Dubitabit autem quispiaz: si possit id ab odore pati quod olfacere nequit: aut id a colore quod haud quāq; videre potest: ⁊ in ceteris simili modo.

Tex.c. 125. ℄ Dubitabit aūt aliqs: si patiat̄ aliqd ab odore: ꝙ īpossibile est olfatū hēre: aut a colore nō possibile videre. Similiter aūt ⁊ in aliis.

℄ Mouet quādam dubitationē circa passionē a sensibilibus: q2 enim dixerat ꝙ plante patiunt̄ a qbusdā sensibilib⁹. p̄mo mouet dubitationē: vtrū ab aliis sensibilib⁹ aliqd posset pati qḋ nō habet sensum: puta ab odore: qḋ nō habet olfatuz: a colore qḋ nō habet visum: a sono qḋ non habet auditum. ℄ Secundo ibi.

℄ Quod si odorabile sit odor: si quid in odoratum agit: odor profecto agit. Quare fieri nequit vt ab odore quicq; patiatur eoꝝ que olfacere nequeūt. Eadem est ⁊ in ceteris ratio. Nec etiaz fieri potest: vt a sensibilibus quicq; patiatur eorum que sentiri possunt: nisi vt quodq; est sensitiuum.

℄ Si autē olfatibile odor: si aliquid facit olfatuz: odor facit. Quare īpossibilium olfatū habere: nihil possibile pati ab odore. Eadem aūt ratio ⁊ in aliis: neq; possibilium: sed inquantum vnumquodq; sensitiuum.

℄ Inducit duas rōnes ad ostēdēdū ꝙ nō: q̄rū p̄ma talis est. Quia pp̄riū olfatibilis est facere olfatū. odor aūt facit olfatibile. ergo si aliqd facit olfatū: facit hoc per odorem. Uel ẜm aliā lr̄am odor facit olfatuz. Propria igit̄ actio odoris īquātū odor: est qḋ facit olfatū: siue facere. Ex quo sequit̄ ꝙ suscipiens actionē odoris inquātum odor: hēt sensum olfatus. Qḋ ergo nō hēt sensum olfat⁹ nō pōt pati ab odore: ⁊ eadem ratio videtur de aliis: ꝙ nō sit quorūcūq; posse pati a sensibilibus: sed solum habentium sensum. ℄ Secūdam rationem ponit. ibi.

℄ Id ita esse patere potest ⁊ hoc etiam pacto. Nam neq; lumen ⁊ tenebre neq; sonus neq; odor in corpore quicq; agit. Sed ea nimiruz in quib⁹ sunt ipsa. Aer enim qui est cum tonitruo scindit lignum.

℄ Simul autem manifestū est ⁊ sic. Neq; eniz lumen ⁊ tenebra neq; sonus neq; odor quicq; facit in corpora: sed in quibus est: vt aer qui cū tonitruo scindit lignum. T.c.126

℄ Et dicit ꝙ hoc qḋ p̄ma ratio cōcludit: manifestum est per experimentum: q2 lumen ⁊ tenebra ⁊ odor ⁊ sonus nullū effectū faciūt in corpora insensibilia: nisi forte per accidens inquātum corpora habentia huiusmodi qualitates aliquid agunt: sicut aer qui quādo est tonitruum scindit lignum. Lignum enim patitur: nō a sono per se loquendo: sed ab aere moto. ℄ Tertio ibi.

℄ At enim tangibilia saporesq; agunt. Si enim non agerent: a quonā inaīata paterent̄ atq; alterarent̄.

℄ Sed tangibilia ⁊ humores faciunt. Si eniz non: a quo vtiq; patient̄ inaīata ⁊ alterabunt̄.

℄ Ostendit aliter esse de qualitatibus tangibilibus ⁊ dicit ꝙ (targibilia ⁊ humores) .i. sapores faciunt quendam effectum in sensibilibus. Sed hoc itelligendum est de saporibus: non inquantum sapores sunt: sed inquantum gustabile est quoddam tangibile: ⁊ gustus est qdaz tactus. Si enim corpora insensibilia non paterentur a qualitatibus sensibilibus: non esset ponere a quo paterent̄ ⁊ alterarent̄ corpora inanimata. Nā tāgibilia sunt q̄litates actiue ⁊ passiue elementorum ẜm quas accidit vniuer̄ alteratio in corporibus. ℄ Quarto ibi.

℄ Quid igitur agunt ne ⁊ sensibilia illa? At vt videtur: non omne corpus ab odore pati sonoq; potest: ⁊ ea que patiuntur terminis vacant: ⁊ nō manet: vt aer. Olet enim ipse tanq; aliquid passus.

℄ Ergo ne ⁊ illa faciūt. Aut non omne corpus passiuum ab odore ⁊ sono: ⁊ patientia indeterminata non manent. vt aer. Fetet eniz sicut patiens aliquid. Tex.c. 127.

℄ Ostendit etiam ꝙ alia sensibilia agunt in quasdam res inanimatas: lz non in omnes: dicens (ergo ne ⁊ illa) .s. sensibilia alia: faciunt aliquem effectum ⁊ olfatum in res inanimatas: quasi dicat sic. Sed tamen non omne corpus passiuum est ab odore ⁊ sono: sicut omne corpus passiuuz est a calore ⁊ frigore. Sed ab istis sensibilibus pati possunt sola corpora indeterminata: ⁊ que non manent: vt aer ⁊ aqua que sunt humida ⁊ nō bene determinabilia termino pp̄rio. Et ꝙ aer possit pati ab odore manifestum est: q2 aer fetet: sicut aliquid patiens ab odore. Alia littera hēt (feret) q2 .s. mediantibus aliis sensibilibus deferunt species ad sensum. Ratio aūt hui⁹ diuersitatis est: q2 qualitates tangibiles sunt cause alioꝝ sensibiliū: ⁊ ideo habēt plus de virtute actiua: ⁊ possunt agere in quecūq; corpora. Sed alia sensibilia que hn̄t minus de virtute actiua: non possunt agere nisi in corpora valde passibilia. Et similis etiā rō est de luce corpoꝝ celestium que alterant inferiora corpora. ℄ Quinto ibi.

℄ Quid aliud est olfacere quidem preter idipsum: aliquid inquam pati. At enim olfacere quidem sentire est. Aer autem passus cito sensibilis fit.

℄ Quid igitur est odorare preter pati aliquid? Aut odorē sentire est. Aer autem patiens hoc: mox sensibilis fit.


¶ Soluit rationē supra positā dicens: qr si aliquid patiť ab odore qḋ nō odorat: qd est odorare nisi pati aliquid ab odore. Et respondet q odorare est sic aliquid pati ab odore q sentiat odorē. Aer aūt nō sic patitur vt sentiat: qr nō hēt potētiā sensitiuā: sed sic patiť vt sit sensibilis: inquantū. s. est medium in sensu.

¶ Aristotelis stragyrite de aīa text⁹ libri tertij.



Ensum autē nullum aliū esse preter hos quinque. i. visum inquā auditū odoratuz gustū & tactū: ex hisce profecto que nunc deinceps dicemus credere quispiaz pōt.


Tex.c. 128.



Uod autem non sit sensus alius preter quinque. Dico autem hos visum: auditum: olfatum: gustū: tactum: ex his credet aliquis.

¶ Diui Thome Aquinatis in tertiuz librum de anima Aristotelis preclarissima commentaria Lectio. I.





¶ Cum autē duabus prisci differētijs maximeqꝫ diffiniant animā. Motione inquā loco accōmodata: ꝛ intelligendo: ꝛ discernēdo: ac sentiēdo: cōsiderādū est si quid intersit inter intelligere ac sentire. Videṫ nāqꝫ tam intelligere q̄ etiā sapere: veluti qddā esse sentire: etenī his vtrisqꝫ reꝝ aliquas anima discernit atqꝫ cognoscit.

T.c.150 ¶ Quoniā autē duabus differentijs diffiniunt maxie animā: motu qui ſm locū: ꝛ in eo quod est intelligere ꝛ discernere ꝛ sentire. Videtur autē ꝛ intelligere ꝛ sapere tanq̄ quoddā sentire esse. In vtrisqꝫ eniꝫ his anima iudicat aliqd ꝛ cognoscit eorum que sunt. Lectio. IIII.

Postq̄ phs ostēdit ꝙ due opationes de qb⁹ dubiū videbaṫ: pcipere. s. actus sensuuꝫ ppōrū: ꝛ discernere iter sensibilia diuersorū sensuū: nō excedūt facultatē principij sensitiui: nūc vult ingrere vtrū sape ꝛ itelligere excedāt facultatē eiusdē principij. Et circa hoc duo fac̄. Prio ostēdit ꝙ sapere ꝛ intelligere nō ptinēt ad sensuꝫ: qd̄ est ostēdere sensuꝫ ꝛ intellm̄ nō esse idē subito. Scd̄o ꝙ phātasia q̄ ptinet ad sensuꝫ nō est idē cū opione q̄ ptinet ad itellectū. ibi [Phantasia aūt ꝛc̄.] Circa p̄mum duo facit. Primo ponit opionē ponētiū sensuꝫ ꝛ itellm̄ esse idem. Scd̄o improbat eā. ibi [Et tñ oportuit.] Circa p̄mū duo facit. Prio ponit opionē. Scd̄o assignat cām opionis. ibi [Oēs eni hi.] Circa p̄mū duo facit. Prio ponit opionē in cōi. 2° iducit q̄dā vba q̄rūdā phoꝝ que ad illud ptinere videnṫ. ibi [Et antiqs sapere.] Dicit ḡ prio ꝙ qa antiqui phi diffiniebāt aiaꝫ ſm duo. s. ſm motū ſm locū: ꝛ cognitionē que icludit itellectiuā discretionē ꝛ sensum. videṫ ex hoc ꝙ ſm eoꝝ opionē itelligere ꝛ sapere sit quoddaꝫ sentire: qa tam sentiendo q̄ intelligendo anima iudicat ꝛ cognoscit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et veteres idem esse sapere sentireqꝫ cēsent. Quē admodum ꝛ Empedocles dixit.

Ad presens hominum crescit sapientia semper.
ꝛ alio rursus in loco.
Hinc varia his semper prudentia somnia monstrat.
Idē ꝛ Homerus his carminibus sensisse videtur.
Tales nāqꝫ insunt mentes mortalibus ipsis.
Quales quotidie summi fert rector olympi.

¶ Et antiqui sapere ꝛ sentire idem esse aiunt: sicut Empedocles dixit. Ad p̄sens voluntas augetur: ꝛ in hominibus ꝛ in alijs: vnde eis semp sapere altera prestat. Idem autēꝫ his vult ꝛ id quod est Homeri. Talis eniꝫ intellectus est in terrenis hominibus qualem ducit in diem pater virorumqꝫ deorumqꝫ.

¶ Ostēdit ꝙ nō solū hoc sequiṫ ex hoc qd̄ in cōi dicebāt: sed expresse antiq dixerūt ꝙ idē sit sapere per intellm̄ ꝛ sentire. ¶ Ut autē intelliganṫ verba phoꝝ q̄ inducunṫ quō ad ppositū faciūt: ꝯsiderādū est ꝙ nullū corpus pōt directe agere in id qd̄ nullo mō est corporeuꝫ: qa igiṫ potentie sensitiue aliq mō sunt corporee: qa sunt virtutes in corporeis organis: imutari possunt ex actione corpoꝝ celestiū: p accidēs tñ: qa neqꝫ aia: neqꝫ aie virtus moueṫ nisi per accñs moto corpe. Et ppter hoc contingit ꝙ ex impressione corpis celestis variaṫ ꝛ phātasia et appetit⁹ sensitiuus. Unde ꝛ aialia irrationabilia que solo appetitu sensitiuo aguṅt in suis motibus: vtplurimū insequūṫ impressiones corpoꝝ celestiū. Ponere igiṫ ꝙ corpora celestia hēant impressionē directe in partē itellectiuā quātū ad intellectū ꝛ voluntatē: est ponere ꝙ voluntas ꝛ intellectus sunt vtutes corporee. Et hoc sonāt verba quorūdā phoꝝ antiquoꝝ. Dicit eni Empedō. ꝙ tā in hoibus q̄ in alijs aialibus (volūtas augeṫ). i. incitaṫ ad agēduꝫ (ad p̄sens). s. ſm p̄sentis hore dispōnē: que quidē dispositio depēdet ex dispōne corporū celestiū. Unū p̄sens tps vel hora (eis). i. hoibus ꝛ alijs aialibus (prestat semp sapere altera.) Diuersis eni horis ꝛ tēporib⁹ diuersa diuersimode homo ꝛ alia aialia īueniunṫ iudicare de reb⁹. Et ad idē ptinet illd̄ vbū Homeri: (Talis aūt est itellectus in terrenis hoibus: qualē pater virorūqꝫ deorūqꝫ). i. sol (ducit in diē.) Diciṫ aūt sol pater viroꝝ: qa est aliq̄ causa humane gñationis. Homo eni generat hoiem ꝛ sol. Diciṫ aūt pater deoꝝ: vel ppter corpa celestia que antiqui deos appellabāt: que ſm astrologos quodāmodo a sole regulanṫ: vel ppter hoies quos deificari credebant qui virtute solis generanṫ. Uirtus autē solis est in die: qa in die nobis apparet dum moueṫ in superiori hemisperio. vnde ꝛ ab astrologis diciṫ planeta diurnus. Uoluit ergo Homerus dicere ꝙ hoies terreni intellectū sortiunṫ ex actione solis: ꝛ ꝙ ſm diuersitatē motus ꝛ situs ꝛ aspect⁹ solaris diuersimode se hñt in intelligēdo. ¶ Sciendꝫ est aūt ꝙ hūc versum Homeri Aristoteles nō totum posuit: sed solū p̄ncipiuꝫ. Unde nec in greco: nec in arabico plus habeṫ q̄ hic. Talis eni itellectus est: vt sic intelligatur hoc dictū: sicut ꝯsueuimus inducētes aliquē versuꝫ alicuius auctoris tm̄ ponere p̄ncipiū: si versus sit notus. Sed qꝛ hic versus Homeri nō erat notus apud latinos Boeti⁹ totū posuit. Patet ḡ ex hoc qd̄ hic dī ꝙ si corpora celestia habēt directe impressionē in itellectū ꝛ volūtatē: idē est ac si ponaṫ ꝙ itellectus est idē cū sensu. Indirecte vō impssio corpoꝝ celestiū pōt pertingere ad itellectū vel voluntatem: prout intellectus ꝛ voluntas coniungunṫ in sua operatione vtutibus sensitiuis. Leso eni organo phantasie impediṫ itellectus in sua operatione: ꝛ ex appetitu sensitiuo inclinaṫ voluntas ad volendū vł nolendū aliquid. Quia tñ voluntas nō ex necessitate trahitur ab appetitu sensitiuo: sed semp ei liberū manet sequi inclinationem appetitus sensitiui vel nō sequi. ideo corpora celestia nullam necessitatē humanis actibus inducunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Etenim oēs hi putāt ipsuꝫ itelligere corporis eē: perinde atqꝫ ipsum sentire: ꝛ sentire simili simile arbitratur: ꝛ sapere vt in superioribus diximus locis.

¶ Omnes eni hi itelligere corporeū: sicut senti- T.c.151

re opinantur. Et sentire ⁊ sapere sile simili: sicut ſm principiū in rōnibus determinauimus.

¶ Ostēdit cām positionis. Manifestū est enim ꝙ remota differētia qua aliqua adinuicē differūt remanēt idē: sicut si rōnale auferat ab homine remanebit de numero irrationabiliū aialiū. Hec aūt est differētia qua differt cognitio itellectiua a sensitiua ꝙ sentire est aliquid corporeū. Nō eni operatio sensus est sine organo corporali. Intelligere aūt nō est aliquid corporeū: qꝛ operatio itellectus non est per organum corporeum vt ifra ostēdet.
5°.1.c.4. ⁊ inde. Ideo ergo antiqui ponebāt sensum ⁊ intellectuz idē: qꝛ opinabant ꝙ itelligere esset aliqd corporeū: sicut ⁊ sentire. Qūo aūt vtrūqꝫ ponerēt aliqd corporeū. ꝯñter ostēdit per hoc ꝙ ponebāt tā sapere ſm itellectū q̄ꝫ sentire: ꝯtingere per virtutē similitudinis: sicut in ṗmo libro dictū est.
Lec.10. Et itelligebāt similitudinē ſm esse corporeū: puta ꝙ per terrā cognoscit terra: ⁊ per aquā aqua: ⁊ sic de alys. Unde sequebat ꝙ sentire ⁊ itelligere ꝯsequerent naturā corpoream: ⁊ eodē mō. Et sic sentire ⁊ intelligere sequit esse idem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Oportebat tamē ipsos de errore quoqꝫ deceptioneue disserere. Sunt eni hec magis propria animalium plusq̄ꝫ id tēporis est quo in his anima versat vt patet: idcirco necesse est aut vniuersa que vident vt quidē inquiūt esse vera: aut dissimilis rei tactum errorem esse deceptionemue. Quippe cū id sit contrarium illi: simili inquā cognoscere simile.

¶ Et tamen oportuit simul ipsos de deceptione dicere. Magis proprium enim est animalibus ⁊ plurimū tempus in hoc perficit anima: vnde necesse aut (vt quidā dicunt) omnia que videntur esse vera: aut dissimilis tactum: deceptionem esse. Hoc enim contrarium ei ꝙ simile simili cognoscere.

¶ Improbat ṗdictā positionē. Et ṗmo quātum ad cām. Scdo quātū ad ipsam positionē. ibi (Qꝛ quidē igit.) Dicit ergo ṗmo ꝙ phi assignātes cām cognitiōis esse similitudinē cognoscētis ad cognitū debuerūt assignare aliquā cām etiā deceptionis: qꝛ deceptio videt esse magis ꝓpria animalibus q̄ꝫ cognitio ſm cōditionē sue nature. Uidemus eni ꝙ homines ex seipsis decipi pñt ⁊ errare. Ad hoc aūt ꝙ veritatē cognoscāt opꝫ ꝙ ab alys doceantur. Et iterū pluri tēpore aia est in deceptiōe q̄ꝫ in cognitione veritatis: qꝛ ad cognitionē veritatis vix peruenit post studiū lōgi tēporis. Et hec qdē rō efficax est cōtra antiquos phos: qui ponebāt cognitionē inesse aie ex sui nā quasi anima ex hoc ꝙ ꝯstituta est ex ṗncipys habeat ꝙ non solū sit in potētia ad cognoscibilia: sed ꝙ sit actu cognoscēs. Pōt aūt ad h dupliciter respōderi. Uno mō vt dicat ꝙ antiqui phi nō credebāt aliquā deceptionez esse. Ponebant eni ꝙ oia que vident sunt vera. vt supra
Lec.2. dictum est. Et iō nō oportebat ꝙ assignarent cām deceptionis. Alio mō pōt respōderi ꝙ ex h ipso qō dicebāt cām cognitionis esse ex hoc ꝙ aia tāgit id qō est sibi simile dat itelligi ꝙ causa deceptiōis sit hec ꝙ aia tāgit sibi dissimile. Hoc est ergo qō ꝯcludit ꝙ qꝛ antiqui phi nō assignauerunt cām deceptionis aie necesse est ꝙ aut oia que vident vera sint: vt quidaz dixerūt: aut ꝙ tact⁹ quo aia tāgit rem dissimilē sit deceptionis cā. Tangere enim dissimile videt esse cōtrariū ad cognoscere sibi si-
Lec.12. mile. Primū aūt reprobatū est in 4° metaphysice. Uñ procedit ad inquirendum 2ᵐ cum dicit.

¶ Uidetur autem ⁊ deceptio ⁊ scientia contrarioꝝ esse eadem.

¶ Uidetur autem ⁊ deceptio ⁊ scientia cōtrariorum eadem esse.

¶ Manifestū est eni ꝙ dissimile ⁊ simile sunt cōtraria: sed circa ꝯtraria eodē mō se hēt homo ad cognitionē ⁊ deceptionē: qꝛ qui cognoscit vnū cōtrariorū: cognoscit ⁊ aliud. ⁊ qui errat in vno errat in alio. Et hoc est qō dicit ꝙ scientia ⁊ deceptio videt eadē esse contrariorū. Non ergo est possibile ꝙ tactus rei similis sit causa vere cognitionis: ⁊ tactus rei dissimilis sit causa deceptiōis: qꝛ tunc esset scientia de vno contrarioꝝ: ⁊ deceptio de alio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non idez igitur esse sentire ac sapere patet. Illud enim omnibus animalibus hoc valde paucis inest.

¶ Qꝛ quidē igitur non idez sit sapere ⁊ sentire: manifestum est. Hoc quidē eni in oibus est: illud autem in paucis animalium est. T.c.152.

¶ Improbat positionē ostēdēs ꝙ neqꝫ sapere: neqꝫ itelligere est idē ꝙ sentire. hec eni duo itellectiue cognitioni attribuūtur. Intellectus eni habet iudicare. ⁊ hoc dicit sapere: ⁊ apprehendere: ⁊ hoc dicit intelligere. Primo ḡ ostendit ꝙ sentire nō sit idē ꝙ sapere tali rōne. Sentire inest omnibus aialib⁹: sapere aūt nō inest oibus: sed paucis. ergo (sapere) nō est idem qō sentire. Dicit aūt ꝙ sapere inest paucis aialium: ⁊ nō ꝙ insit solis hominib⁹ qꝛ etiā quedā animalia participant aliquid prudentie ⁊ aliquid sapientie. s. ꝙ recte iudicant de agendis per estimationem naturalem. ¶ Scdo ibi.

¶ At neqꝫ intelligere idem est ac sentire: intelligere inquā quo recte atqꝫ nō recte res percipi solēt. Qō nanqꝫ recte percipit: id est prudentia ⁊ scientia atqꝫ opinio vera. At qō nō recte: id est nimirū his dictis cōtrarium. Etenim ꝓpriorū sensus semꝑ est verus ⁊ vniuersis animalibus inest. At sit vt falso quoqꝫ quis ratiocinet: neqꝫ cuiq̄ꝫ cōpetit cui nō inest ⁊ rō.

¶ Sed neqꝫ intelligere in quo est ⁊ recte ⁊ non recte. Recte quidē prudētia ⁊ sciētia: aut opinio vera. Non recte aūt contraria horū. Neqꝫ hoc est idē cum ipso sentire. Sensus qdē eniz propriorum semper verus est: ⁊ in omnib⁹ inest animalibus. Intelligere autem contingit ⁊ falso: ⁊ nulli inest cui non ⁊ ratio.

¶ Probat ꝙ itelligere nō sit idē qō sentire per duo media. Quoꝝ ṗmū tale est. Intelligere cōtingit recte ⁊ non recte. Recte quidē cōtingit itelligere ſm sciam que est speculabiliū ⁊ necessarioꝝ: vel ſm prudentiā que est recta ratio ꝯtingētiū agibiliū: vel ſm opinionē verā que se habet ad vtrūqꝫ: ⁊ nō determinate ad alterū oppositoꝝ: sicut sciētia ⁊ prudētia: sed ad vnū cū formidine alterius. (Nō recte autē.) cōtingit intelligere: ſm eoꝝ cōtraria. i. ſm falsaz sciam ⁊ ſm iprudētiā ⁊ ſm opinionē falsam. Sentire aūt nō ꝯtingit nisi recte: qꝛ sensus circa ꝓpria sensibilia semꝑ verus est. ergo sentire ⁊ intelligere nō sunt idē. Et qꝛ posset aliquis dicere ꝙ recte intelligere sit idem qō sentire. iō adiūgit aliud mediū ad hoc excludendū: ꝙ tale sentire (inest oibus aialibus) intelligere aūt nō: sed solis illis quib⁹ inest ratio. s. hominibus qui per inquisitionē rōnis apprehensionez veritatis intelligibilis cōsequunt: quāuis substantie separate que

sunt altioris intellectus statim absqz inquisitione veritatem intelligant .ergo z recte intelligere non idem est qd sentire.¶ Deinde cum dicit.

¶ Imaginatio nanqz diuersa est a sensu menteqz. Atqz neqz hec fit sine sensu: neqz existimatio sine hac esse potest.

T.c.153. ¶ Phantasia enim alterū est z a sensu z ab intellectu. Et hec nō fit sine sensu: z sine hac nō est opinio.

¶ Ostendit φ opinio que sequit intellectum sit aliud a phantasia que sequitur sensum. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit φ phantasia nō est opinio. Secūdo inquirit quid sit phantasia. ibi(De eo aūt qd est intelligere.) Circa pmū tria facit. Primo pponit qd intendit z dicit φ ex hoc etiā apparet φ sensus z intellectus differunt: qz phantasia aliud est a sensu z ab intellectu: z tñ phantasia nō fit sine sensu: qz pseqt sensum: vt postea dicet: z sine phantasia nō fit opinio. Ita enim videt se habere phantasia ad sensum: sicut opinio ad intellectū. In rebus aūt sensibilibus cum aliquid sentimus asserimus sic esse. Cum aūt fm phantasiam aliquid videt nō asserimus sic eē: sed sic videri vel apparere nobis. A visione eni vel apparitiōe sumit nomē phantasie. vt infra dicet. Et similiter circa intelligibilia cum aliquid intelligimus asserimus sic esse. Cum aūt opinamur dicimus sic videri vel apparere nobis. Sicut eni intelligere reqrit sensum: ita z opinari reqrit phantasiā. ¶ Scdo ibi.

t.c.150. Lec.6.

¶ Non idem aūt esse imaginationē existimationēue patet. Hic eni affectus in potestate sine controuersia collocat. Licet nanqz cū libet fingere quicquid volumus: atqz ante oculos ponere perinde atqz ij faciūt: qui in artificiose memorie cōparatis atqz dispositis locis imagines fingentes: atqz simulachra collocant. At opinari in nobis est situm. Necesse est eni opinātē aut verā: aut falsam existimationē hře.

¶ Qz aūt nō est eadē phantasia z opinio manifestum. Hec quidē. n. passio in nobis est cū volumus. Pre oculis enim est facere sicut in recordatiuis positi z idolū sunt facientes. Opinari autem non in nobis est. Necesse enim falsum aut verum dicere.

¶ Probat φ nō sit idē opinio z phantasia duabus rōnibus: quarū pma talis est. Passio phantasie est in nobis cū volumus: qz in potestate nostra est formare aliquid quasi apparens ante oculos nostros: vt montes aureos vel quicquid volumus: sicut patet de illis qui recordantur z formant sibi idola eorum que sibi videntur ad votū. Sed opinari nō est in potestate nostra: qz necesse est φ opinans habeat rationē per quā opinetur vel verū vel falsū. ergo opinio nō est idem qd phantasia. ¶ Secundam rationem ponit cum dicit.

¶ Preterea cū opinamur aliquid malū esse atqz terribile: cōtinuo perturbamur. Similiter z cū opinamur quippiam esse tale vt in illo sit confidendū. At cum imaginamur talia: perinde afficimur atqz si in pictura eadem spectaremus.

Tex.c. 154. ¶ Amplius autem cum opinamur difficile aliquid aut terribile: statim compatimur. Similiter aūt est z si cōfidendū. Scdm phantasiā aūt similr nos hēmus sicut si essemus cōsiderantes in pictura difficilia z confidentia.

¶ Que talis est. Opinionē statim sequit passio in appetitu: qz cū opinamur aliquid esse graue vel terribile statī cōpatimur tristando vel timendo. Et similiter si sit aliquid cōfidendū. i. de quo aliquis debeat cōfidere z sperare: statim sequit spes vel gaudiū. Sed ad phantasiā nō sequit passio in appetitu: qz dū aliquid apparet nobis fm phantasiā: similiter nos habemus ac si consideremus in pictura aliqua terribilia vel sperabilia. ḡ opinio nō est idē φ phantasia. Huius aūt differentie ratio est: qz appetitus nō patit: neqz mouet ad simplicem apprehensionem rei qualē pponit phantasia. Sed opz φ apprehendat sub rōne boni vel mali pueniētis vel nociui. Et hoc facit opinio in hominib9 cōponendo vel diuidendo dum opinat hoc esse terribile vel malū: illud aūt eē sperabile vel bonū. Phantasia aūt nō cōponit neqz diuidit: patit tñ appetit9 aialiū ab estimatione nāli que h opat in eis qd opinio in hoibus. ¶ Tertio ibi.

¶ Sunt autē z existimationis ipsius he differentie: scientia: z opinio: z prudētia: z ea que sunt hisce cōtraria. De differentia quorū alius sit sermo magis ad idipsum accōmodatus.

¶ Sunt aūt z ipsius acceptiōis differētie sciētia z opinio z prudentia z contraria horū: de quorum differentia altera sit ratio.

¶ Dicit φ cum ad intellectualem acceptionē multa pertineant. s. scientia: prudentia: opinio: z ptraria horum: de hoz differētia nō est hic agēdū: sz alibi. s. in 6° ethicoz. cap.4°.

¶ At vo cū diuersū sit sentire ac intelligere: z hui9 aliud imaginatio aliud existimatio esse videtur. De imaginationeue pmo: deinde de altero dicam9 opz.

T.c.155. ¶ De eo aūt qd est itelligere: quoniā alterū est ab eo qd est sentire. Huius aūt aliud phātasia esse videtur: aliud opinio. De phantasia determinantes: sic z de altero dicendū est. Lec.V.

Ostēso Phus ostendit φ phantasia non est opinio. hic incipit iquirere quid sit. Et pmo dicit de quo est intētio. Secūdo prosequit ibi(Si igit phantasia.) Dicit ergo pmo φ cum ostensum sit φ intelligere est aliud φ sentire: z ad vnū horū pertineat opinio. s. ad intellectū: ad aliud aūt phantasia. s. ad sensum. Postφ determinatum est de sensu: dicendum est de phantasia: vt sic postmodū determinetur de altero: scilz de intellectu z opinione. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si igitur imaginatio id est phantasia sit in quo visū phantasmaqz aliqd in nobis dicimus fieri: z nō aliud quicφ: qd per translationē hoc eodē nomine nuncupat: ipsa profecto vna quedam est potētiarū earū aut habituum: quibus discernimus: z aut vere percipimus aut falso. Tales autem sunt sensus: opinio: scientia: intellectus.

¶ Si igit phantasia est fm quā phantasma aliquod nobis fieri dicimus: z si non aliquid fm metaphorā dicimus: vna quedam potentia est harū aut habitus fm quā discernimus aut verum aut falsum dicimus. Huiusmodi autē sunt sensus: opinio: scientia: z intellectus.

¶ Prosequit

¶ Prosequit̃ itentũ. Et circa hoc duo facit. Primo ostẽdit ꝙ phantasia nõ est aliqua potentiarum vel habituũ manifestorum qui discernunt vel iudicant verum ⁊ falsum. Secundo ostendit quid sit. ibi (Sed quoniaꝫ accidit motus.) Circa p̃mũ tria facit. Primo distinguit potentias ⁊ habitus quibus aliquid discernitur. Secũdo ostendit ꝙ phantasia nõ est aliquid eoꝝ. ibi (Ex quideꝫ igit̃ nõ sit sensus.) Tertio ostendit ꝙ nõ est aliquid cõpositũ ex eis. ibi (Manifestũ igit̃ qm̃.) Dicit ergo p̃mo ꝙ cũ phantasia sit ẜm quã dicit̃ nobis fieri aliqđ phantasma. i. aliquid apparibile: nisi forte accipiamus phantasmata metaphorice: necesse videt̃ ꝙ sit aliquid de numero habituũ vel potentiarũ cognoscitiuarũ quib⁹ discernit̃ vnum ab alio: aut quibus circa aliquid dicimus verum vel falsum: hoc est erramus vel non erram⁹. Nã apparere est aliquid discernere: ⁊ dicere verũ vel falsuꝫ. Potentie autem vel habitus quibus discernimus ⁊ dicimus verum ⁊ falsum videntur esse he quatuor: sensus: intellectus: opinio: ⁊ scientia. Unde videt̃ ꝙ phantasia sit aliquid hoꝝ quatuor. Ponit autẽ hec quatuor quasi iam nota. Alia aũt que ad cognitionẽ videntur pertinere nondũ erant suo tẽpore per certitudinẽ scita. Ipse auteꝫ iam superius distinxit intellectuꝫ a sensu. Unde preter sensum cõnumerat tria alia. s. intellectum: opinionem: ⁊ scientiam. Et videt̃ ꝙ intellectus nõ accipiatur hic pro potentia: sic enim cõtra intellectum nõ diuiderent̃ sciẽtia ⁊ opinio que ad potentiam intellectiuam pertinent. Sed intellectus accipitur pro certa apprehensione eoꝝ que absq; inquisitione nobis innotescunt: sicut sunt prima principia. Scientia v̊o pro cognitione eorũ de q̃bus certificamur per certitudinẽ vel inuestigationeꝫ rõnis. Opinio auteꝫ pro cognitione eorum de quibus certum iudiciũ nõ habemus. Unde etiaꝫ dicit ꝙ phantasia est habitus vel potentia de numero eorũ: ad ostendendum ꝙ iter hec aliquid est vt potentia: ⁊ aliquid vt habitus. Cognoscere aũt possumus ꝙ hec tñ apprehensionis p̃ncipia apud antiquos nota erant: ex positione Platonis
Lec. 8. superi⁹ in p̄ libro posita: qui solũ hec q̃tuor ad numeros reduxit attribuẽs itellectũ vni: sciam dualitati: opinionẽ trinario: sensum q̃ternario. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At ipsam non esse sensum ex hisce patere potest. Sensus eniꝫ vel est potentia vel operatio: vt visus vel visio. At ꝙ nõnunq̃ neutrũ est istorum: ⁊ tamẽ apparent aliqua: videmurq; videre: vt ea que in somnis apparent.

Tex. c. 156. ¶ Ex quidẽ igitur non sit sensus: manifestuꝫ ex his est. Sensus quidẽ enim: aut potentia: aut actus est: vt visus ⁊ visio. Phantasiat̃ aũt aliquid ⁊ nullo horũ existẽte: vt qui in somnis.

¶ Ostendit ꝙ phantasia nõ est aliquid dictoꝝ. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit ꝙ nõ sit sensus. 2° ꝙ non sit intellectus siue scientia. ibi (At v̊o neq; semper.) 3° ꝙ non sit opinio. ibi (Relinquit̃ igit̃.) Circa p̃mũ tria facit. Primo ostendit ꝙ phantasia non sit sensus: neqꝫ ẜm potentiam: neqꝫ ẜm actuꝫ: ⁊ ratio est talis. Dormiẽs aliquid phantasiatur: hoc autem non fit ẜm sensum in potentia: q2 sensui in potentia existenti nihil appareret: nec ẜm sensuꝫ in actu: q2 in somno nõ est sensus in actu. ergo phantasia nõ est sensus in potentia: neqꝫ sensus in actu. ¶ Secundo ibi.

¶ Deinde sensus quidem semper adest: imaginatio autem non semper.

¶ Postea ẜm potentiã sensus q̃dẽ semp̱ adest viuẽtibus ⁊ nõ orbatis: phantasia aũt nõ.

¶ Ostẽdit ꝙ phantasia nõ sit sensus in potentia: ⁊ est rõ talis. Sensus in potẽtia semp̱ adest aiali: phantasia aũt nõ semp̱: cũ nõ semp̱ aiali aliquid appareat. ergo phantasia nõ est sensus in potentia. ¶ Tertio ibi.

¶ Quod si idẽ esset imaginatio ac odoratio. Bestijs imaginatio profecto cũctis inesset. At nõ esse videt̃ vt api aut formice: aut vermi.

¶ Si v̊o ei qđ actu idẽ: omnibus vtiqꝫ contingeret bestijs phantasiam inesse. Videt̃ aũt nõ: vt formice: aut api: aut vermi.

¶ Ostendit ꝙ phantasia non sit sensus ẜm actum quatuor rationibus. Quarum prima talis est. Sensus ẜm actum conuenit omnibus bestijs. i. animalibus irrationalibus. si igitur phantasia esset idem qđ sensus in actu sequeretur ꝙ inesset omnibus animalibus irrationalibus. Hoc autem non est verum. Non enim inest formice: aut api: aut vermi. ergo phantasia non est sensus ẜm actum. ¶ Considerandum est autem ꝙ omnia animalia habent quodammodo phantasiam: sed animalia imperfecta habent phantasiam indeterminataꝫ: sicut infra dicet p̃hus. tex. c. 56. ¶ Sed hoc non videt̃ verum de formica ⁊ ape: in quarum operatione plurimũ prudentie apparet. ¶ Sed sciendum est ꝙ opera prudẽtie formica ⁊ apis operant̃ naturali iclinatione: nõ ex hoc ꝙ habeãt phantasiam determinatam ⁊ distinctã a sensu. Nõ eni phantasiant̃ aliq̃d nisi dũ mouent̃ a sensibili. Qđ aũt opant̃ ꝓpter finẽ q̃si ꝓuidẽtes in futurũ nõ ꝯtingit ex h̃ ꝙ habeãt aliq̃ imaginationẽ ipsi⁹ futuri: sꝫ imaginant̃ act⁹ p̃ntes qui ordinant̃ ad finẽ ex nãli iclinatione magis q̃ ex app̃hensione. Illa aũt aialia dicit p̃hus phãtasiã habere: quibus aliquid ẜm phantasiã apparet: etiam dum nõ actu sentitur. ¶ Secundam rationem ponit ibi.

¶ Preterea ille quidem vere sunt semper: imaginationes v̊o plures fiunt (vt patet) false.

¶ Postea hi quidem veri semper: phantasie autem plures false.

¶ Que talis est. Sẽsus ẜm actũ semp̱ sunt veri: nõ eniꝫ sensus decipit̃ circa ꝓpriũ sensibile: sed phãtasie vt plurimũ sunt false. Nõ. n. rñdit res imaginationi vt plm̃. g̃ phãtasia nõ ẽ sensus ẜm actũ. ¶ Tertiã rõnẽ ponit ibi.

¶ Preterea cum exacte circa sensibile operamur: nõ dicimus hoc nobis hoiem videri ac apparere. Sed potius cum non clare sentimus: quando etiã fit vt sit verus sensus ⁊ falsus.

¶ Amplı⁹ aũt nõ dicim⁹ cũ opemur certe circa sensibile qm̃ videt̃ hoc nobis hõ: sed magis cũ nõ manifeste sentim⁹: tũc ⁊ aut ver⁹ aut falsus.

¶ Que talis est. Cum operamur cũ certitudine circa sensibile actu. s. ip̃m sentiendo nõ dicimus ꝙ hoc videt̃ nobis homo: sed magis h̃ dicim⁹ cũ nõ manifeste sentim⁹: sicut cũ a remotis aliq̃d videmus: vel cũ videm⁹ aliq̃d in tenebris. Et tunc sensus ẜm actũ: aut est verus: aut est falsus. Circa sensibile eni per accidens cuiusmodi sensibile est homo: nõ semper sensus est verus: sed quãdoqꝫ decipit̃. Addit aũt h̃ vt ostẽdat ꝯueniẽtiã iter sensuꝫ nõ mãifestũ ⁊ phãtasiã: que ẽt q̃nqꝫ est vera: q̃nqꝫ falsa est. Cũ aũt manifeste aliq̃d phãtasiamur: dicim⁹ ꝙ h̃ vi nobis homo: ⁊ nõ ꝙ per certitudinẽ sit homo. g̃ phantasia nõ est idẽ ꝙ sensus in actu. ¶ Quartã rõnẽ ponit ibi.

¶ Atq̧ nobis qđ quidem paulo antea dicebamus clausis etiam oculis visa videntur: atq̧ apparēt.

¶ Et quod quidem diximus apparent ꝛ dormientibus visiones.

¶ Que talis est. Phantastice visiones apparent dormiētibus. In eis aūt nō est sensus ꝺm actū. ergo phantastica visio nō est sensus ꝺm actum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Atq̧ nec ullus habituum eorū erit: qui veri sunt semper: vt scientia vel intellectus. Est enim ꝛ falsa imaginatio non solum vera.

Tex.c. 157. ¶ At vo neq̧ semper vera dicentiū: neq̧ vna erit. vt scientia: aut intellectus. Est enim phantasia ꝛ vera ꝛ falsa.

¶ Ostendit ꝙ phantasia nō sit intellectus: neq̧ scientia. Intellectus enī primorū pncipiorꝫ ꝛ scientia de conclusionibus per demonstrationes acquisita: semper sunt verorum. Phantasia aūt quādoq̧ est falsa. ergo phantasia non est intellectus: neq̧ scientia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Restat igitur vt perscrutemur si sit opinio. Atq̧ sit opinio ꝛ vera ꝛ falsa. Uerum opinionem quidē sequitur fides. Quippe cum fieri nequeat: vt hisce quisq̧ non credat quorum habet opiniones: bestiarum autem fides quidem nulli: imaginatio vo compluribus inest.

¶ Relinquit igit videre si opinio sit. Fit enī ꝛ opinio ꝛ vera ꝛ falsa. Sed opinioni quidem inheret fides. Nō enī contingit opinantem de quibus videt nō credere. Bestiarum aūt nulli inest fides. Phantasia aūt multis.

¶ Ostendit ꝙ phantasia nō sit opinio qđ magis videbatur: qꝛ opinio etiā quādoq̧ est falsa: sicut phātasia. Ostēdit aūt hoc duabus rationibus. Prima quarū talis est. Opinionē sequit fides: nō enī videt esse cōueniens: ꝙ aliquis nō credat id qđ opinat: ꝛ sic cū nulla bestia habeat fidem: nulli bestiarum inerit opinio. Sed phantasia inest multis bestiarū. vt dcm̄ est. ergo phantasia non est opinio. ¶ Secundam rationem ponit ibi.

¶ Preterea fides omnem opinionem sequitur: persuasio fidem: ratio persuasionē. At imaginatio quidem quibusdam beluis inest: ratio autem nullis.

¶ Amplius si oēm opinionē ꝯsequat fides: fidem aūt suasum esse: suasionē aūt rō. Bestiarum aūt quibusdā phantasia inest: rō vo nō.

¶ Que talis est. Ad oēm opinionē ꝯsequit fides: qꝛ vnusquisq̧ credit illud qđ opinat. vt dcm̄ est. Sed ad fidē sequit ꝙ aliqs sit persuasus: ea enī credimꝰ que nobis psuasa sunt. Ad psuasionē aūt sequit rō ꝺm ordinē illationis: qꝛ per aliquā rōnē aliqd alicui suadet. ergo de pmo ad vltimū qcūq̧ hēt opionē: hēt rōnē. Nulla aūt bestia hēt rōnē: cū tn̄ aliq̄ hēat phātasiā. ergo phātasia nō est opinio. Et manifestū est ꝙ hec secūda ratio inducit ad cōfirmādū pmā quātū ad hoc qđ pma supponebat: ꝙ nulla bestia habet fidem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At vo patet nec opinionē esse cum sensu: nec opinionem per sensum: nec opinionis sensusue coniunctionem: per ea que dicta sunt.

Tex.c. 158. ¶ Manifestū igit quoniam: neq̧ opinio cum sensu: neq̧ per sensū: neq̧ complexio opinionis ꝛ sensus erit phantasia propter hec.

¶ Ostēdit ꝙ phātasia nō est aliqd cōpositū ex pmissis: ꝛ pcipue ex sensu ꝛ opinione: ex qbus magis posset videri esse cōposita. Et circa hoc tria facit. Primo ponit qđ intēdit quasi ex premissis cōcludens: ꝙ qꝛ phantasia: neq̧ est sensus: neq̧ opinio: manifestū ppter hoc eē pōt ꝙ phantasia: nec opinio est cū sensu: ita ꝙ essentialiter sit opinio: ꝛ hēat sensum cōcomitantē: neq̧ opio est per sensū: ita ꝙ eēntialiter sit opinio: sed ꝛ hēat sensū causantē: neq̧ est cōplexio opinionis ꝛ sensus: ita ꝙ eēntialiter cōponat ex vtroq̧. Nō aūt addit ꝙ nō sit phantasia sensus cum opinione: qꝛ phantasia magis videt cōmunicare cum opinione que potest esse falsa: q̄ cum sensu qui ꝯt semper verus. ¶ Secundo ibi.

¶ Patet enim si imaginatio sit opinionis sensusq̧ coniunctio: opinionē non cuiusuis rei: sed eius esse cuius est etiam sensus. Dico autem imaginationem si sit coniunctio sensus opinionisue: ꝯiunctionē eē opinionis albi ꝛ sensus eiusdem albi: non enim erit ex opinione quidem boni: sensu autem albi. Apparere igitur est opinari rem eam quā sentit: ꝛ nō per accidens.

¶ Et manifestum ꝙ non alia quedam est opinio: sed illa que qdē est cuius est ꝛ sensus. Dico autem ex albi opinione ꝛ sensu complexio phantasia est. Nō enim ex opinione quidē est albi: ex sensu aūt boni. Apparere igit est opinari qđ quidem sentit nō ꝺm accidens.

¶ Ostēdit qualiter oporteat accipi opinionē si phātasia complectit opinionē ꝛ sensū: qꝛ enī phantasia est vnꝰ ꝛ eiusdē: manifestū est ꝙ opinio adiuncta sensui qui est phantasia: nō est alia quedā opinio: sed illa que est de eodē de quo est sensus: sicut si dicamꝰ ꝙ phātasia est quedā cōplexio ex opinione albi ꝛ sensu eiusdē. Nō enī pōt esse cōposita ex opinionē albi ꝛ sensu boni: qꝛ sic phantasia nō esset de vno ꝛ eodē. Oportet igit si phantasia est ex cōplexione opinionis ꝛ sensus: ꝙ apparere aliqd ꝺm phantasiam: nihil aliud sit q̄ opinari aliquid idem qđ sentit per se ꝛ non ꝺm accidens. ¶ Tertio ibi.

¶ At apparent nōnunquā etiam falsa: de quibus simul veram opinionem habet. Sol enī pedalis quidem apparet: at persuasum est terra ipsum esse longe maiorem. Fit igitur vt aut suam is opinionem: quam habet veram abijciat re modo eodem sese habente: non oblitus: nec dissuasus: aut si adhuc illam habeat: eadem fit simul necessario falsa simul ꝛ vera. At constat opinionem tuā euadere falsam: cū res mutata latet. Nec igitur vnum est istorum imaginatio: neq̧ ex his est coniunctum.

Tex.c. 159. ¶ Apparēt autem ꝛ falsa: de quibus simul acceptionem veram habent: ꝛ videtur sol vnius pedis: sed creditus est maior esse habitatione. Accidit igitur: aut abijcere suiipsius verā opinionē quā habebat saluatā: salua re: non oblitum: neq̧ decredentē: aut si adhuc habet: eandem necesse verā ꝛ falsam. Sed falsa facta est cum lateat transcendens res. Nō ergo vnū aliquod horū est: neq̧ ex his phantasia.

¶ Destruit

¶ Destruit p̄dictā positionē tali rōne. Cōtingit aliq̄n q̄ aliqua falsa apparēt s̄m phantasiā3 que est a sensu: ⁊ de illis ⁊ de eisdē rebus homo hēt verā opinionem. Sicut s̄m sensum apparet q̄ sol nō excedit quātitatē vni⁹ pedis: qd̄ falsum est. Sed s̄m verā opinionem credit̄ esse maior (habitatione) .i. tota terra in qua habitamus. Si eni apparitio ipsa falsa: fit idē q̄ opinio cū sensu: opꝫ alterū duoꝝ dicere: quoꝝ vnū est q̄ in ista cōpositiōe opinionis ad sensum aliq̄s abyciat verā opinionē quā p̄us habebat: re opinata (saluata) .i. eodē mō manēte: ⁊ ille qui abycit opinionē nō sit oblitus: neq̄ q̄ decredat. Qd̄ est ipossibile. Istis eni tribus modis aliquis abycit verā opinionē. Primo quādo res mutat̄: sicut cū aliquis vere opinat̄ q̄ Socrates sedet: eo sedēte: sed postq̄ Socrates sedere desi̇t iterit: si retineat opinionē eandē: vera opinio mutat̄ in falsa. Secūdo quādo desinit opinari qd̄ p̄is opinabat̄: p̄pter hoc qd̄ est p̄stine opinionis oblitus. Tertio quādo desinit opinari qd̄ prius opinabat̄: q2 decredit qd̄ p̄us credebat imutatus p̄pter aliā rōnem. Q2 aūt aliq̄s amittat opinionē nullo istoꝝ ɔtingēte: est īpossibile. Qd̄ tamē ɔtingeret in p̄posito. Aliud aūt qd̄ opꝫ dicere si p^m nō dicat̄ est q̄ aliq̄s retineat cum falsa opinione veraꝫ opinionē. Et sic si ipsa apparitio est ipsa opinio: qd̄ necesse est ponere si phātasia est opinio: seq̄t̄ q̄ eadeꝫ apparitio sit vera ⁊ falsa. Sed opꝫ si vera: falsa facta est: ⁊ nō sit vera: q̄ res (transcendens) .i. transmutata ab eo qd̄ p̄us erat: lateat opināté: q2 si nō lateret eū: simul cū mutatione rei mutaret̄ opinio: ⁊ non esset eius opinio falsa. Hoc aūt adiūxit ad exponēdū qd̄ p̄us dixerat de saluatiōe rei. Cōcludit ergo q̄ phantasia: neq̄ est quid p̄dictoꝝ quatuor: neq̄ est cōpositio ex his.

¶ Verū quoniā fieri pōt vt aliud moueat̄ ab eo ip̄o qd̄ motū est. Imaginatio vō motio quedā eē videt̄ ⁊ nō fieri sine sensu: sed sentientibus: ⁊ eoꝝ etiā esse quoꝝ est sensus: fit aūt vt motus oriat̄ a sensu iam actu: quē quidē necesse ēst ipsi sensui simile eē: Imaginatio motio hec est p̄fecto: que neq̄ sine sensu nimirū esse: neq̄ cōpetere nō sentiētib⁹ pōt: atq3 multa per ipsam id agere patiue pōt qd̄ ipsum habet: ⁊ insuper ⁊ veram ⁊ falsam esse.

Tex.c. 160. ¶ Sed quoniā accidit moto hoc: moueri alterum ab hoc: phantasia aūt motus videt̄ esse: ⁊ nō sine sensu fieri: sed in his que sentiūt: ⁊ quorum sensus est. Est autē motū fieri ab actu sensus.

Tex.c. 161. ¶ Et hūc similez necesse est eē sensui: erit vtiq3 phantasia ipsa motus non sine sensu contingens. Neq3 non sentientibus inesse: ⁊ multa est s̄m ipsam facere ⁊ pati habens: ⁊ esse veram ⁊ falsam.

Lectio. VI.

Postq̄ Phus ostēdit q̄ phantasia nō est aliquid illoꝝ q̄tuor: que ab antiquis ad cognitionez pertinere ponebant̄: hic ingrit qd̄ sit phantasia. Et diuidit̄ in partes duas. In p^a ostēdit qd̄ sit phantasia. In 2^a assignat rōnē eorū que ad phantasiam pertinent. ibi (Hoc autez accidit.) Ad inuestigandū quid sit phantasia: hoc mō procedit. Primo eni p̄ponit q̄ si aliquid est motū: cōtingit q̄ ab eodē aliquid aliud moueat̄. Ostensum est eni3 in

t.cō.44. 8° physi. q̄ est duplex mouens. s. mouens imobile: ⁊ mouens motū: qd̄. s. mouet in eo qd̄ mouet̄. Deinde ponit q̄ phantasia est quidaꝫ motus. Sicuti eni sentiens mouetur a sensibilibus: ita in phantasiando mouetur a quibusdam apparentibus: que dicunt̄ phantasmata. Ulterius ponit affinitatē quā habet phantasia ad sensum: q2 phantasia nō pōt fieri sine sensu: sed est tñ in habentibus sensum. s. in aialibus: ⁊ est illoꝝ tm̄ quoꝝ est sensus. s. illorū que sentiunt̄. Ea eni que sunt intelligibilia tm̄: non cadunt in phantasiā. Deinde p̄ponit q̄ ab actu sensus cōtingit quēdam motū fieri. Qd̄ quidē fit manifestū ex eo q̄ p̄mo p̄ponebat̄: scilꝫ q̄ ab eo qd̄ est motū ɔtingit moueri alterū. Sensus aūt s̄m actū fit ex eo q̄ mouet̄ a sensibilib⁹: vnde relinquit̄ q̄ a sensu s̄m actuꝫ causet̄ aliquis motus. Ex quo ēt manifestū est q2 mot⁹ causat̄ ab actu sensus: necesse est q̄ sit similis sensui: q2 omne agens agit simile sibi. Unde ⁊ illud qd̄ mouet inquātum mouet̄ causat motū similem motui quo ipsu̇s mouet̄. Ex omnibus autē his cōcludit q̄ phantasia sit quidā motus causatus a sensu s̄m actū: qui quidem motus nō est sine sensu: neq3 pōt inesse his que nō sentiūt. Quia si aliquis motus fit a sensu s̄m actum: similis est motui sensus: ⁊ nihil aliud nisi phātasia inuenit̄ esse tale. Relinquit̄ ergo q̄ phantasia erit huiusmodi motus. Et ex hoc q̄ est motus causatus a sensu similis ei: sequitur q̄ cōtinget habentē phantasiam multa agere ⁊ pati s̄m eam. Et contingit eam esse veram ⁊ falsam. vt statiꝫ ostendetur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Atq̄ id p̄pterea fit: q̄ sensus quidē p̄prioꝝ est verus: aut raro ad modū suscipit falsitatem. At est sensus eius ēt rei cui p̄pria sensibilia accidunt: vbi iam fit vt ipse sit falsus. Nā nō est falsus: si albū dixerit esse. Sed si albū hoc aut aliud esse. Est p̄terea cōmuniū sensus: que quidem perinde atq̄ p̄pria ijs accidunt que sunt per accidens sensibilia. Dico aūt motū ⁊ magnitudinē: que vt patet accidunt sensibilib⁹ circa que maxime error deceptioq̄ fieri sensu pōt. Motus igit̄ hicce qui fit a triplici tali sensu: differentiā ob idip̄m nimirū habebit: atq̄ primus quidem cuꝫ operatio sensus adest est verus. Ceteri vō falsi etiā esse possunt ⁊ presente atq̄ absente: presertim cum a sensu longe sensibile distat. Si igit̄ nihil aliud preter imaginationem hēat ea que dicta sunt. Sūtq̄ idipsum qd̄ diximus: ipsa imaginatio motus is est profecto qui fit a sensu iam operante.

¶ Hoc autē accidit propter hoc q̄ sensus propriorū quidem est verus: aut q̄ paucissimum habens falsuꝫ. Secundo aūt de accidere hoc: ⁊ hoc iam contingit mentiri. Q̄ō quidē enim album nō mentit̄. Si autez hoc aliud ⁊ aliud: mentit̄. Tertio aūt cōmuniū ⁊ cōsequentiuꝫ: accidentia quibus insunt propria. Dico aūt vt motus ⁊ magnitudo accidūt sensibilib⁹: circa que est maxime iam decipi s̄m sensum. Motus aūt ab actu factus differt a sensu qui ab his tribus sensib⁹. Et primus quidē presentis sensus verus: alij autē presentis ⁊ absentis erunt vtiq3 falsi: ⁊ maxime cum procul sit sensibile. Siquidē igit̄ nihil aliud hēt que dicta sunt nisi phantasia: hoc aūt est qd̄ dictū est phantasia vtiq3 erit motus a sensu s̄m actū factus.

¶ Assignat rōnē eoꝝ que ꝯueniunt phantasie per ea que dicta sunt. Et circa hoc tria facit. Primo assignat causaȝ eius qđ dixerat: ꝙ phantasia qñqȝ sit vera: ⁊ qñqȝ falsa. Secūdo assignat cām huius nominis. ibi (Quoniā aūt visus.) Tertio assignat cām ei⁹ qđ dixerat ꝙ aīalia multa agunt ꝑm phantasiā. ibi (Et qm̄ imanent.) Dicit ḡ p̄mo ꝙ hoc. s. phantasiā esse qñqȝ verā ⁊ qñqȝ falsaȝ: accidit ꝓpter hoc qđ diceꝰ: qꝛ. s. sensus a cuius actu causaꝰ phantasia diuersimode se hēt ad veritatē ⁊ falsitatē ꝑm ꝙ cōparaꝰ ad diuersa. Nam p̄mo qdē circa ꝓpria sensibilia semꝑ verus est: aut modicū hēt de falsitate. Sicut eni potētie naturales nō deficiūt in ꝓprijs operationibus: nisi in minori parte ꝓpter aliquā corruptioneȝ: sic ēt sensus nō deficiūt a vero iudicio ꝓpriū sensibiliū nisi in minori parte ꝓpter aliquā corruptionē organi: vt apparet in febricitantib⁹ qb⁹ ꝓpter indispositionē lingue dulcia amara esse videnꝰ. Secundo aūt sensus est circa sensibilia per accidēs: ⁊ hic iam decipiꝰ sensus. Qđ eni albū sit qđ videꝰ nō mentiꝰ sensus: sed si albuȝ sit hoc: aut illud: puta vel nix vel farina vel aliqđ huiꝰ: hic iaȝ ꝯtingit mentiri sensuȝ ⁊ maxime a remotis. Tertio sensus est sensibiliū communiū que ꝯsequunꝰ sbā in qbus sunt accidētia que sunt sensibilia ꝓpria: sicut magnitudo ⁊ motus que sunt sensibilia cōia accidunt sensibilib⁹ corporib⁹. Et circa huiꝰ maxime est deceptio: qꝛ iudiciū de his variaꝰ ꝑm diuersitatē distātie. Nā qđ a remotiori videꝰ: minus videꝰ. Mot⁹ aūt phantasie qui est fact⁹ ab actu sensus differt ab istis trib⁹ sensib⁹. i. actibus sensus. sicut effect⁹ differt a cā. Et ꝓpter hoc ēt: qꝛ effect⁹ est debilior causa: ⁊ quāto magis aliqđ elōgaꝰ a p̄mo agēte tāto minus recipit de virtute ⁊ similitudine eius: iđ in phantasia facilius adhuc q̄ȝ in sensu pōt incidere falsitas que consistit in dissimilitudine sensus ad sensibile. Tunc eni est falsus sensus quando aliter recipiꝰ forma sensibilis in sensu q̄ȝ sit in sensibili. Et dico alr ꝑm spēȝ nō ꝑm materiam: puta si sapor dulcis recipiaꝰ in lingua ꝑm amaritudinē. ꝑm ꝟo materiā semꝑ aliter recipit sensus q̄ȝ hēat sensibile. Omnis igiꝰ mot⁹ phantasie qui fit a motu ꝓprioꝝ sensibiliū est verus: vt in plurib⁹. Et hꝰ dico quātū ad p̄sentiā sensibilis: quādo mot⁹ phantasie est simul cū motu sensus. Sed qñ mot⁹ phantasie est in absentia sensus: tūc ēt circa ꝓpria sensibilia ꝯtingit decipi. Imaginaꝰ eniȝ qñqȝ absentia vt alba: lȝ sint nigra. Sed alij motus phantasie qui cāꝰ a sensu sensibilium per accidēs: ⁊ a sensu sensibiliū coium p̄nt esse falsi siue sit p̄sens sensibile: siue nō. Sed maxime sunt falsi in absentia sensibilis qñ est ꝓcul. Tamē magis sūt falsi in absentia sensibilis. q̄ȝ qñ sūt ꝓcul. Ex hac aūt rōne assignata ꝯcludit vlterius p̄ncipale ꝓpositū dicens: ꝙ si ea que dicta sunt nō ꝯueniūt nisi phantasie: ⁊ phantasia hēt qđ dictū est: relinquiꝰ ꝙ phantasia sit mot⁹ a sensu fact⁹ in actu. Ulteri⁹ aūt ꝙ iste mot⁹ aliā potētiā reqrat q̄ȝ sensitiuā Aristoteles hꝰ nō determinat. Sed videꝰ ꝙ cū ꝑm diuersitatē actuū distinguanꝰ potētie: ⁊ diuersitas mot⁹ reqrat diuersa mobilia: qꝛ qđ moueꝰ nō mouet seipsum sed alterū: necessariū videꝰ ꝙ sit alia potētia phantastica siue imaginatiua a sensu. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cum aūt visus maxime sit sensus: hinc est qđ nomen imaginatio ab ipso lumine sūpsit: phantasiaqȝ diciꝰ: qꝛ sine lumine visio fieri nequit.

Tex.c. 162. ¶ Quoniaȝ autem visus maxime sensus est: ⁊ nomen a lumine accepit: quoniam sine lumine non est videre.

¶ Assignat cāȝ hui⁹ nominis. Circa qđ sciēdū est ꝙ phos in greco idē est qđ lux: ⁊ īde venit phanos qđ est apparitio vel illuminatio ⁊ phantasia. Dicit ḡ ꝙ visus est p̄cipuus iter alios sensus: eo ꝙ est spiritualior: vt supra ostē- Lec.6.
sum est: ⁊ pluriū cognoscitiu⁹: iđ phantasia que cāꝰ a Sup.t.c.
sensu ꝑm actuȝ. accepit nomen a lumine. sine quo nō est 70.
videre. vt supra dictum est. ¶ Deinde cum dicit. 2°.a.c.73.

¶ At qꝛ imaginationes imanent: sensibusqȝ similes sunt: ideo per ipsas aīalia: bestie inquā atqȝ hoīes: multa agunt. Ille: qꝛ mentis sunt (vt patet) expertes. Homines: qꝛ mens perturbatiōe nōnunq̄ȝ vel morbo vel somno submergiꝰ. Sed de imaginatiōe quidē determinatū sit hacten⁹. Satis eni qdnā ipsa sit ⁊ cur sit: hisce que iā dicta sunt explicauimus.

¶ Et quoniā imanēt: ⁊ simile sunt sensib⁹: multa ꝑm ipsos operanꝰ aīalia. Alia quidē qꝛ non habēt intellectū vt bestie. Alia ꝟo ex velamento intellect⁹: aliqñ passione aut egritudine aut somno: vt homines. De phantasia quidē igiꝰ quid est ⁊ ꝓpter quid est: dictum sit intātū.

¶ Ostēdit cām quare aīalia agunt ⁊ patiunꝰ ꝑm phantasiam: ⁊ dicit ꝙ phantasie (imanēt). i. p̄seuerant: ēt abeūtibus sensibilib⁹: ⁊ sunt similes sensib⁹ ꝑm actū. Unde sicut sensus ꝑm actū mouet appetitū ad p̄sentiā sensibilis: ita ⁊ phantasie in absentia sensibilis. Et propter hoc dicit ꝙ aīalia multa operanꝰ ꝑm phantasias. Sed hoc ꝯtingit ꝓpter defectū intellect⁹: qꝛ cuȝ intellectus adest qꝛ est superior: eius iudiciū p̄ualet ad agēduȝ. Unde qñ itellectus nō dominaꝰ: agunt aīalia ꝑm phantasiā. Alia qdē qꝛ oīno nō habēt intellectuȝ sicut bestie. Alia ꝟo qꝛ habēt itellectū velatū sicut homines. Qđ ꝯtingit tripliciter. Qñqȝ qdē ex aliq̄ passione ire aut ꝯcupiscētie vel timoris: aut aliqđ huiꝰ. Qñqȝ aūt accidit ex aliq̄ īfirmitate: sicut pȝ in freneticis vel furiosis. Qñqȝ autēȝ in somno: sicut accidit in dormiētibus. Ex istis eni causis ꝯtigit ꝙ intellectus nō p̄ualet phantasie: vñ homo sequiꝰ apphensionē phātasticā quasi verā. ¶ Ultimo ꝯcludit de phantasia: ꝙ dictū est quid sit: ⁊ que sit eius causa.

¶ De anime autē ea parte qua cognoscit atqȝ sapit: siue sit separabilis siue nō separabilis: magnitudine sed ratione: considerandū deinceps est quā differētiam habet: quoqȝ pacto tandem fit intelligere.

¶ De parte aūt anime qua cognoscit aīa ⁊ sapit: siue separabili existente: siue nō separabili ꝑm magnitudinē: sed ꝑm rōnē: cōsiderandum quā habet differentiam: ⁊ quomodo quidem fit ipsum intelligere. Tex.co.1.

Lec. VII.



Ostq̄ȝ p̄hus determinauit de parte aīe sensitiue: ⁊ ostēdit ēt ꝙ sentire ⁊ intelligere nō sunt idē: hic icipit determinare de parte aīe intellectiua. Et diuidiꝰ in partes duas. In p̄° determinat de parte aīe intellectiua. In 2° ex his que determinata sunt de sensu ⁊ intellectu: ostendit quid sit de anima sentiēduȝ. ibi (Nunc aūt de aīa.) Prima diuidiꝰ in partes duas. In p̄ma determinat de itellectu. In secūda cōparat ipm ad sensum. ibi (Videꝰ aūt sensibile.) Prima diuidiꝰ in duas. In prima determinat de intellectu. In secunda de operatione eius. ibi (Indiuisibilium.) Prima diuidiꝰ in tres. In prima determinat de intellectu possibili. In secunda de intellectu agente.

agente.ibi(Quoniã aũt sicut in omni.)In tertia de in/
tellectu in actu.ibi(Idẽ aũt est ꝭm actũ.)Circa pᵐ tria
facit.In pᵐa determinat de intellectu possibili.In secũ
da de obiecto eiꝰ.ibi(Quoniã aũt aliud.)In tertia mo/
uet dubitationẽ circa pdeterminata.ibi(Dubitabit aũt
aliquis.)Circa pᵐũ duo facit.Primo ostendit naturaʒ
itellectꝰ possibilis.Secũdo ostẽdit quõ reducat̃ in actũ.
ibi(Cũ aũt sic singula.)Circa pᵐum duo facit.Primo
ostẽdit de quo est intẽtio.Secũdo ostendit ꝓpositũ.ibi
(Si igit̃ est itelligere.)Dicit g̃ pᵐo ꝙ postq̃ determi/
natũ est de parte aĩe sensitiua:⁊ ostensum est ꝙ sapere ⁊
intelligere nõ est idẽ qd̄ sentire:ꝯsiderandũ est nunc de
parte anime:(qua cognoscit aĩa).i.intelligit:(⁊ sapit.)
Supra aũt dictũ est:ꝙ differẽtia est inter sapere ⁊ intel/
ligere.Nã sapere pertinet ad iudiciũ intellectus:intelli
gere aũt ad eius apprehensionẽ.Circa hanc aũt partem
aliqd est qd̄ pretermittit de quo erat apud antiquos du
biũ.Utrũ.s.hec pars anime sit separabilis ab alijs par/
tibus anime subiecto:siue nõ sit separabilis subiecto:sʒ
rõne tñ.Intelligit aũt esse separabile subiecto per hoc
ꝙ dicit esse separabile ꝭm magnitudinẽ:ꝓpter Plato/
nem qui ponens partes aĩe subiecto adinuicem separatas
attribuit eis organa in diuersis partibus corporis.Hoc
est ergo qd̄ ꝑtermittit.Sed duo sunt que inquirere intẽ
dit.Quoꝝ pᵐũ est.Si sit separabilis ꝭm rõnẽ hec pars
aĩe ab alijs:quã differentiã hẽt ad alias.Et qꝛ ꝓprietas
potẽtie ex qualitate actus cognoscit̃:zᵐ ꝙ inquirere in
tendit est:(quõ sit ipsuʒ intelligere).i.quomõ operatio
intellectualis compleat̃.¶Deinde cum dicit.

¶Si igit̃ ipsum intelligere sit vt sentire:aut pati qd̄
dam erit ab ipso intelligibili:aut aliquid aliud tale.
Uacare igit̃ ipsa passione:sed forme susceptiuũ eẽ
opʒ:⁊ potẽtia talẽ:sed nõ illã esse:⁊ similitudinẽ su
bire cũ sensu:vt quẽadmodũ sese habet ad sensibi/
lia sensus:sic sese habet ad intelligibilia intellectus

T.cõ.2. ¶Si igitur est intelligere sicut sentire aut pati
aliquid:vtiqʒ erit ab intelligibili:aut aliquid
T.cõ.3. huiusmodi alterum.¶Impassibilem ergo
oportet esse:susceptiuum autem speciei ⁊ po/
tentia huiusmodi:sed nõ hoc.⁊ similiter se ha/
bere sicut sensitiuum ad sensibilia:sic intelle/
ctiuum ad intelligibilia.

¶Ostendit ꝓpositũ.Et circa hoc tria facit.Primo ꝓpo/
nit similitudinẽ intellectꝰ ad sensuʒ.Secũdo ex huiꝰ si/
militudine ꝯcludit naturã intellectꝰ possibilis.ibi(Ne
cesse est itaq;.)Tertio ostendit ex his que de intellectu
ꝓbauerat differentiã inter intellectũ ⁊ sensuʒ.ibi(Quo
niã aũt nõ similis.)Primo igit̃ ex huiusmodi supposi/
tione ꝓcedit ad ꝓpositũ ostẽdẽdũ:ꝙ itelligere est simi/
le ei qd̄ est sentire.Que qdẽ similitudo ex hoc manife/
sta est:ꝙ sicut sentire est qdd̄ã cognoscere.⁊ sentimꝰ qñ/
q; qdẽ in potẽtia:qñq; aũt in actu:sic ⁊ itelligere cogno
scere qdd̄ã est:⁊ qñqʒ qdẽ intelligimus in potẽtia ⁊ qñ/
qʒ in actu.Ex hoc aũt sequit̃ ꝙ cũ sentire sit qddaʒ pati
a sensibili:aut aliquid simile passioni:ꝙ intelligere sit
vel pati aliqd ab intelligibili:vel aliquid alterũ huiꝰ si
mile.s.passioni.Horũ aũt duoꝝ zᵐ verius est.Nam sen/
Lec.10. tire vt supra in secũdo dictũ est nõ proprie pati est.Pa/
tx.cõ.51. titur enĩ proprie aliquid a cõtrario.Sed aliquid habet
simile passioni inquãtũ sensus est in potẽtia ad sensibi/
le:⁊ est susceptiuus sensibiliũ:g̃ si intelligere est simile
ei qd̄ est sentire:⁊ partẽ intellectiuã opʒ esse ipassibileʒ

passione ꝓprie accepta:sʒ opʒ ꝙ hẽat aliqd simile passi/
bilitati:qꝛ opʒ huiꝰ ptẽʒ eẽ susceptiuã spẽi itelligibilis:
⁊ ꝙ sit in potẽtia ad huiꝰ specieʒ:sed nõ sit hoc in actu.
Et sic opʒ ꝙ sicut se hẽt sensitiuũ ad sensibilia:similiter
se hẽt itellectiuũ ad intelligibilia:qꝛ vtrũq; est in potẽ/
tia ad suũ obiectũ ⁊ susceptiuũ eiꝰ.¶Deinde cuʒ dicit.

¶Quare necesse est ipsum cũ vniuersa intelligat nõ
mixtũ esse:sicut Anaxagoras dixit:vt superet atq;
vincat:id est vt cognoscat atq; precipiat.Alienum
nãq; cũ apparet iuxta prohibet atq; seiungit.Quo
fit vt neq; vlla sit ipsiꝰ natura:nisi ea solũ qua pos/
sibilis est.Is igit̃ qui intellectus aĩe nũcupat̃.dico
aũt nũc eũ quo rõcinat̃ anima ⁊ existimat:nihil est
actu prorsus coꝝ que sunt antea q̃ intelligat ipse.

¶Necesse est itaqʒ quoniã omnia intelligit im/ T.c.4.
mixtum esse:sicut dicit Anaxagoras vt impe/
ret.Hoc aũt est vt cognoscat.Intus apparens
enĩ ꝓhibebit extraneuʒ:⁊ obstruet.¶Quare T.c.5.
neqʒ ipsiꝰ est esse naturã:neqʒ vnã:sed aut hoc
ꝙ possibilis sit vocatus itaqʒ aĩe itellectus.Di
co aũt intellectũ quo opinat̃ ⁊ intelligit aĩa:ni/
hil est actu coꝝ que sunt ante intelligere.

¶Ex premissis ostendit naturã intellectus possibilis.Et
circa hoc duo facit.Primo ostẽdit ꝙ intellectus possibi
lis nõ est aliquid corporeũ vel cõmixtũ ex rebꝰ corpora/
libus.Secũdo ostẽdit ꝙ nõ hẽt organum corporale.ibi
(Unde neq; misceri.)Cõsiderandũ est ergo circa pᵐũ
ꝙ antiqui de intellectu dupliciter opinati sunt.Quidaʒ
eniʒ posuerunt ꝙ intellectus erat cõpositus ex pᵐncipijs
oĩum:ad hoc ꝙ cognosceret oĩa:⁊ hãc supra dixit eẽ opi
nionẽ Empe.Anaxagoras vᵒ dixit itellectũ eẽ simplicẽ
⁊ imixtũ:⁊ nulli reruʒ corporaliũ hẽre aliquid cõmune.
Ex eo ergo qd̄ dictũ est:ꝙ intellectus nõ est actu intelli/ Lib.1.
gens:sed potentia tñ:cõcludit ꝙ necesse est intellectuʒ Lec.4.
ꝓpter hoc ꝙ intelligit omnia in potẽtia:nõ esse mixtuʒ
ex rebus corporalibus sicut Empe.posuit.sed esse imix/
tum sicut dixit Anaxa.Et quidẽ Anaxago.hoc dixit hac
rõne motus:qꝛ posuit intellectũ esse pᵐncipiũ totius mo/
tus a quo omnia mouent̃ ꝭm eius imperiũ.Si aũt esset
mixtus ex naturis corporalibꝰ vel haberet aliquã eorũ
determinate:nõ posset omnia mouere suo iperio:qꝛ de/
terminaret̃ ad vnũ.Et hoc est qd̄ dicit ꝙ Anaxa.posuit
intellectũ esse imixtũ:(vt iperet).i.vt suo iperio omnia
moueat.Sed qꝛ nos nũc nõ loquimur de intellectu qui
oĩa mouet:sed de itellectu quo aĩa itelligit:illud mediũ
nõ est opportunũ ad ostendendũ intellectũ esse imixtũ:
sed opʒ aliud mediũ accipere ad illud ostendendum.ex
hoc scilʒ ꝙ intellectꝰ omnia cognoscit.Et hoc est qd̄ ad/
dit:(hoc aũt est vt cognoscat)quasi dicat sicut Anaxag.
posuit intellectũ esse imixtũ ad hoc vt imperet:ita opʒ
nos ponere intellectum esse imixtum ad hoc vt cogno/
scat.Quod quidem tali ratione apparet.Omne eniʒ qd̄
est in potentia ad aliquid ⁊ receptiuum eius caret eo ad
qd̄ est in potẽtia:⁊ cuius est receptiuũ:sicut pupilla que
est in potentia ad colores:⁊ est receptiua ipsorum:est ca
rens omni colore:sed intellectus noster sic intelligit in/
telligibilia ꝙ est in potentia ad ea ⁊ susceptiuus eoꝝ:si/
cut sensus sensibilium.ergo caret omnibus illis rebus
quas natus est intelligere.Cum igit̃ intellectus noster
natus sit intelligere oẽs res sensibiles ⁊ corporeas:opʒ
ꝙ careat oĩ natura corporali:sicut sensus visus caret oĩ

Postq̃ prius determinauit de intellectu: hic determinat de operatione intellectus. Et diuidit̃ in duas ptes. In pma distinguit duas operationes intellectus. In secũda determinat de vtraq3 earũ. ibi (Indiuisibile autẽ.) Dicit ergo primo ꝙ vna operationũ intellectus est s'm ꝙ intelligit indiuisibilia: puta cum intelligit hominem aut bouem: aut aliquid huiusmodi incõplexorũ. Et hec intelligentia est in his circa que nõ est falsum: tum q2 incomplexa nõ sunt vera neq3 falsa: tum q2 intellectus nõ decipit̃ in eo qđ quid est: vt infra dicet̃: sed in illis intelligibilibus in quibus est verum & falsũ est iam quedã cõpositio intellectuũ id est rerum intellectarum: sicut quãdo ex multis fit aliquid vnum. Et ponit exemplum s'm opinionem Empe. qui opinabat̃ ꝙ omnia generata sunt a casu: nõ ppter aliquẽ finẽ: sed s'm ꝙ cõtingit: ex diuisione rerum per litem: & coniunctione per amicitiã. Unde dixit ꝙ a principio germinauerunt multa capita sine ceruice: & similiter multe alie partes ab animalium separate alijs partibus. Et dicit (germinauerunt) quasi ex elementis producta sine semine animalis: sicut terra germinat herbam virentẽ. Sed postmodũ huiusmodi partes sic diuise cõposite sunt per cõcordiam: & ex eis factum est vnũ animal habens diuersas partes. vtputa caput manus pedes & huiusmodi. Et vbi est cõstitutũ aĩal habens omnes partes necessarias ad sui cõseruationẽ: idẽ aĩal saluatum est & generauit sibi simile. Si aũt defuit aliqua aliarũ partiũ nõ potuit saluari nec remãsit in sibi simili per generationẽ. Sicut ergo Empe. posuit ꝙ amicitia cõposuit multas partes & cõstituit ex eis vnũ aĩal: ita & intellectus multa incõplexa prius separata cõponit: & facit ex eis vnũ intellectũ. in qua compositione qñq3 est veritas qñq3 falsitas. Ueritas quidẽ quãdo cõponit ea que in re sunt vnum & composita: sicut cum cõponit asymetrũ hoc est incommensurabilem & diametrum: nam diameter quadrati est incõmensurabilis lateri. Falsa autẽ compositio est quando cõponit ea que non sunt composita in rebus: sicut cum componit symetrũ diametro dicens ꝙ diameter quadrati est symeter id est commensurabilis lateri.

Costa quadrati.



Symetrũ & diametrũ aliqñ separatiũ & seorsum intellect' intelligit: & tũc sũt duo intelligibilia. Qñ aũt cõponit fit vnũ intelligibile: & simul itelligitur ab intellectu. Sed q2 intellect' nõ sp componit ea que sunt in psenti: sed que fuerũt vel erũt: iõ subiũgit ꝙ si itellect' faciat cõpositionem factorũ. i. pteritorũ & futurorũ opz ꝙ cointelligat sue cõpositioni tẽpus pteritũ & futurum. Et sic cõponit formans cõpositionẽ de pterito vel de futuro. Et ꝙ hoc sit verũ pbat: q2 ɔtingit cõpositionẽ de pterito vel de futuro esse falsam: falsum aũt semp in cõpositione est. Et nã q3 falsum est si nõ albũ cõponat̃ ei qđ est albũ. vt si dicas. cignus nõ est albus. Aut si albũ cõponat̃ ei qđ nõ est albũ: vt si dicat̃ ꝙ coruus est albus. Et q2 quecũq3 cõtingit affirmare: ɔtingit ẽt negare: subiũgit ꝙ oĩa predicta possunt per diuisionẽ fieri. Põt enĩ intellect' oĩa diuidere & s'm psens tẽpus & s'm pteritũ & s'm futurũ: & vere & false. Sic igit̃ pz ꝙ cũ cõpositio nõ solũ sit s'm psens tẽpus: sed s'm pteritũ & futurũ: verũ aũt & falsum ɔsistit in cõpositione & diuisione: opz ꝙ verũ & falsũ nõ solũ sint de ppositionib' de psenti: puta ꝙ cleon est albus: sed ẽt in illis de pterito & futuro: puta ꝙ cleon erit vel fuit albus. ¶ Considerandũ est aũt ꝙ cõpositio ppositionis nõ est opus nature: sed est opus rõnis & intellectus. Et iõ subiũgit ꝙ illud qđ facit vnũqđq3 itelligibiliũ cõponẽdo ex intelligibilibus ppositiones: hoc est intellectus. Et q2 verum & falsum cõsistit in compositione: ideo dicitur in 6° metaphysice: ꝙ verum & falsum non est in rebus: sed in mente. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cum aũt dupliciter indiuisibile dicat̃: aut potentia: aut actu: nihil prohibet intellectũ cum longitudinem intelligit indiuisibile intelligere: & in indiuisibile tempore. Est enim indiuisibilis actu: & tempus perinde atq3 longitudo diuisibile ac indiuisibile est. Non igit̃ dici põt: quid in vtroq3 temporis dimidio intelligebat: nõ est enĩ (si nõ diuisio fiat) nisi potentia. At cũ vtrũq3 seorsum intelligit: diuidit simul & tempus: atq3 tunc vt longitudines illa intelligit. Or si longitudinem vt ex vtrisq3 ɔstantem intelligat in eo quoq3 tẽpore nimirũ ipsam intelligit: qđ ex vtrisq3 pari modo tẽporibus constat atq3 componit̃.

¶ Indiuisibile autem quoniã dupliciter potentia aut actu est: nihil prohibet intelligere indiuisibile cum longitudinem intelligat. Indiuisibilis enim actu aliter est: & in tempore indiuisibili. Similiter enim tẽpus diuisibile & indiuisibile longitudini est. Non enim est dicere aliqd in medio intelligere vtriq3. Non enim est nisi diuidat̃. Sed aut poẽtia seorsum: aut vtrũq3 T.c.23.

intelligens dimidiorum: diuidit & tempus simul tunc vt in longitudine. Si vero est sicut ex vtrisq3: & in tempore est qd in vtrisq3.

¶ Determinat de vtraq3 predictarum operationum. Et primo de ea que est intelligentia indiuisibilium. Secūdo de ea que est compositio & diuisio. ibi (Est autem dictio quidem.) Tertio ponit quoddam qd est commune vtrisq3. ibi (Idem autē est fm actum.) Prima pars diuiditur in tres fm q indiuisibile dicit̄ tripliciter quot videlicet modis dicit̄ & vnum: cuius ratio ex indiuisione est. ¶ Dicit̄ enim vno mō aliquid vnū cum continuitate. Unde & illud qd est continuū: indiuisibile dicit̄: inquantum non est diuisum actu: lz sit diuisibile in potentia. Hoc est ergo qd dicit q cū diuisibile dicat̄ dupliciter: scilicet actu & potētia: nihil prohibet intellectū intelligere indiuisibile cū intelligit aliquid cōtinuū. s. longitudinis que est indiuisibilis actu: lz sit diuisibilis potentia. Et ꝓpter hoc intelligit eam cum indiuisibili tempore: q2 intelligit eam vt indiuisibile. Et hoc est cōtra opinionem Platonis in pmo positam qui posuit intelligētiam fieri quasi per motū quēdam cōtinuū magnitudinis. Potest ergo intellectus intelligere magnitudinē dupliciter. Uno mō fm q est diuisibilis in potētia: & sic intelligit lineā numerando partem post partē: & sic intelligit eam in tempore. Alio modo fm q est indiuisibilis in actu: & sic intelligit eam vt vnū quid cōstans ex multis partibus. & sic intelligit eam simul. Et ideo subiūgit q similiter tēpus & longitudo diuidit̄ vel nō diuidit̄ in intelligendo. Unde nō est dicere q intelligat̄ fm mediū vtriusq3: id est q media pars intelligat̄ in medio tēporis. Hoc eni nō esset nisi linea diuideret̄ in actu: sed est diuisibilis tm̄ in potentia. Si aūt vtrūq3 dimidiū linee seorsū intelligat: tūc diuidit lineā in actu fm itellectū. Unde & tunc tempus simul diuidit̄ sicut & lōgitudo. Si aūt intelligat lineā: sicut vnū quid cōstitutū ex duabus partibus: etiā intelliget in tēpore nō diuiso: sed fm aliquid qd est in vtrisq3 partibus tēporis. s. in instanti. Et si cōtinuet̄ cōsideratio per aliqd aliud tēpus. nō diuidetur tēpus: vt aliud itelligat in vna parte tēporis & aliud in alia: sed idem in vtraq3. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qd vero nō quātitate: sed forma est indiuisibile: id indiuisibili tēpore & anime indiuisibili percipit atq3 intelligit. Per accidens autem & non hoc sane quo illa diuisibilia sunt: id qd intelligit & tempus in quo intelligit. Sed hoc quo indiuisibilia sunt. Inest eni & in his indiuisibile qddā: at fortasse nō separabile: qd quidem vnū tam tempus ipsum q̄ ipsam longitudinem facit. At que id omni sane cōtinuo & tempus & longitudine similiter inest.

Tex. c. 24. ¶ Quod autē nō fm quātitatē indiuisibile est sed specie: intelligit & indiuisibili tēpore: & indiuisibili anime. Secūdum accidens autem & nō inquantum illa diuisibilia: qd intelligit & in quo tempore: sed inquātū indiuisibilia. Inest autem vtiq3 his aliquid indiuisibile: sed forte non separabile: qd facit tēpus vnum: & longitudinem. Et hoc similiter in omni est & continuo: & tempore: & longitudine.

¶ Ponit alium modum indiuisibilis. Nam dicitur alio modo vnū quādo habet speciem vnam: etsi sit cōpositū ex partibus nō cōtinuis: sicut homo aut domus aut etiā exercitus: & huic respondet indiuisibile fm speciem. Et de hoc dicit hic q illud qd est indiuisibile non fm quātitatem: sed fm speciem: intelligit anima tempore indiuisibili & per indiuisibilem anime partem: nō q intellectus intelligens sit aliqua magnitudo: vt Plato posuit. Et lz illud quod est indiuisibile specie habeat aliquā diuisionem in partibus: tamen illa diuisa intelligit per accidens: nō inquātū sunt diuisibilia: & ex parte eius qd intelligit̄: & ex parte tēporis: sed inquātū sunt idiuisibilia: q2 in partibus diuisis etiā in actu est aliquid indiuisibile. s. ipsa species quā itellectus indiuisibiliter intelligit. Sed si intelligeret partes vt diuisas: puta carnē per se: & os per se: & sic de alijs. tūc nō itelligeret in tempore indiuisibili. Uult aūt Phus ꝯsequēter ostēdere similitudinē huius modi ad pmū modū. Sicut enim in hoc mō est aliquid idiuisibile. s. species que facit omnes partes totius esse vnū: sic forte in cōtinuis est aliquid inseparabile. s. indiuisibile qd facit tēpus esse vnū & longitudinē vnā: siue hoc dicat̄ esse punctū in longitudine: & instans in tempore: siue ipsa species longitudinis aut temporis. Sed in hoc differt q istud indiuisibile est similiter in omni continuo & tempore & longitudine: sed indiuisibile qd est spēs: nō est similiter in oīb9 habētib9 spēm: q2 quedā cōponunt̄ ex ptib9 homogeneis: quedā ex ptib9 etherogeneis: & ex his dissimiliter. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Punctum aūt omnisq3 diuisio: & id qd est sic indiuisibile perinde atq3 priuatio cognoscit̄ manifestāq3 euadit. Similis esse videtur: & in alijs ratio. Hoc enim modo malū cognoscit: atq3 etiā nigrum. Contrario nanq3 quodā modo cognoscit. Id aūt qd cognoscit: potentia nimirum esse: & in ipso potentiam inesse oportet. Qd si causarum alicui nullum sit omino contrariū: illa seipsam profecto cognoscit: & est actus & etiam separabilis.

¶ Punctū aūt & ois diuisio: & sic indiuisibile mōstratur sicut priuatio. Et similis rō in alijs est: vt qūo malū cognoscit aut nigrū. Cōtrario eni aliquo mō cognoscit. Op3 aūt potētia esse cognoscēs: & eē in ipso. Si vero alicui nō inest ꝯriū: ipm cogn̄scit seipm: & actu est: & sepabile. Te. c. 25.

¶ Prosequit̄ de indiuisibili tertio mō dicto. Uidet̄ enī vnū esse qd est penit9 idiuisibile vt punct9 & vnitas. & de hoc ostēdit nūc qūo itelligit̄ dicēs: q punctū qd est qddā signū diuisionis inter partes linee: & oē qd est diuisio inter partes ꝯtinui: sicut istans iter partes tēporis: & sic de alijs: & oē qd est sic indiuisibile in potētia & actu vt punctus: (monstrat̄) i. manifestat̄ itellectui (sicut priatio) i. per priationē ꝯtinui & diuisibilis. Cuius rō est: q2 intellectus noster accipit a sensu. & iō ea cadūt pus in apphēsione intellect9 nostri que sunt sensibilia: & huiꝰ sūt magnitudinē habētia. vnū punct9 & vnitas nō diffiniunt̄ nisi negatiue. Et ide est ēt q oia que trāscendūt hec sensibilia nota nobis: non cognoscunt̄ a nobis nisi per negationem: sicuti de substātijs separatis cognoscimus q sunt imales & incorporee & alia huiꝰ. Et similis rō est in alijs que cognoscunt̄ per oppositū: vt qñ cognoscit intellect9 malū aut nigrū que se hñt ad sua opposita vt priatiō es: semp. n. alterū ꝯrioꝝ est vt iperfectū & vt priatio respectu alteri9. Et subiūgit qsi rñdēs q intellect9 cognoscit vtrūq3 istoꝝ aliquo mō suo ꝯrio: scilz malū per bonū: & nigrū per albū. Op3 aūt q itellect9 noster q sic cognoscit vnū

[Left margin, beside "re: q2 intelligit eam vt indiuisibile": t. cō. 47. & inde.]

vnũ ꝯ̃rioꝝ per alterũ ſit in potẽtia cognoſcẽs: ⁊ ꝙ in ipſo ſit ſpẽs vniꝰ oppoſiti per quã aliud cognoſcat: ita ꝙ qñ q̄ʒ ſit in ipſo ſpẽs albi ⁊ qñq̄ʒ ſpẽs nigri: vt ꝑ vnũ poſſit cognoſcere alterũ. Si aũt eſt aliqͤ itellectꝰ cui nõ ineſt vnũ ꝯ̃rioꝝ ad cognitionẽ alteriꝰ: tũc opʒ ꝙ talis intellectus cognoſcat ſeipm̃ pͦ: ⁊ per ſeipm̃ cognoſcat alia: ⁊ ꝙ ſit ſemꝑ in actu: ⁊ ſit penitus ſeparabilis a mã etiaʒ ſm̃ eſſe: vt oſtenſuʒ eſt de intellectu dei in .xi. metaphyſice.

tex.c.41, c.51. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt aũt dictio qdẽ qppiã de quopiã: quẽadmodũ affirmatio. Atq̄ʒ oĩs eſt vera vel falſa. At itellectꝰ nõ oĩs: ſed qui eſt ipſiꝰ qd eſt ad formã accõmodati eſt verꝰ: ⁊ nõ qppiã de quopiam dicit. Sed vt viſio ꝓprij ipſius eſt vera. Si vͦo albũ hoiem eẽ dicat: nõ ſemꝑ eſt vera. Sic ſeſe habẽt ea que ſine mã ſunt.

T.c.26. ¶ Eſt aũt dictio quideʒ aliquid de aliquo ſicut affirmatio vera aut falſa omnis. Intellectꝰ aũt nõ omnis: ſed qui eſt ipſius quid eſt ſm̃ hoc ꝙ aliquid erat eſſe: verus eſt: ⁊ non aliquid de aliquo: ſed ſicut videre proprij veruʒ eſt. Si aũt homo albũ aut nõ. nõ verum ſemper. Sic aũt ſe habent quecunq̄ʒ ſine materia ſunt.

¶ Determinat de 2ª opõne itellectus que eſt cõpoſitio ⁊ diuiſio. ⁊ dicit ꝙ dictio q̃ dicit itellectꝰ aliqd de aliq̃: ſicut ꝯtingit in affirmatione ſemꝑ eſt aut vera vel falſa. Sed itellectꝰ nõ ſemꝑ eſt verꝰ: aut falſus: qꝛ eſt itellectꝰ incõplexoꝝ: g neq̄ʒ verꝰ aut falſus eſt quãtũ ad id qd̃ itelligitur. Ueritas. n. ⁊ falſitas ꝯſiſtit in q̃dã adeq̃tiõe vel cõparatiõe vniꝰ ad alterũ: que qdẽ eſt in cõpõne vel diuiſione itellectꝰ. Nõ aũt in itelligibili icomplexo. Sed lʒ ipm̃ itelligibile icõplexũ nõ ſit neq̄ʒ verũ neq̄ʒ falſum: tñ itellectꝰ itelligẽdo ipm̃ verꝰ eſt: iquãtũ adeq̃tur rei intellecte. Et iõ ſubdit ꝙ itellectꝰ qui eſt ipſiꝰ qd eſt ſm̃ h qd̃ aliqd erat eẽ. i. ſm̃ ꝙ itelligit qd eſt res: verꝰ eſt ſemꝑ ⁊ nõ ſm̃ ꝙ itelligit aliqd de aliq̃. Et huiꝰ rõnẽ aſſignat: qꝛ qd̃ qd ẽ: eſt pͫ obm̃ itellectꝰ. vñ ſicut viſus nunq̃ decipit in ꝓprio obiecto: ita neq̄ʒ itellectꝰ in cognoſcẽdo qd̃ qd eſt. Nã itellectꝰ nunq̃ decipit in cognoſcẽdo qd eſt hõ. Sed ſicut viſus nõ ſemꝑ verꝰ eſt in iudicãdo de his que ſũt adiuncta ꝓprio obiecto: puta ſi albũ eſt hõ vel nõ: ſic itellectꝰ nõ ſemꝑ eſt verus in cõponẽdo aliqd alicui. Sic. n. ſe hñt in itelligẽdo ſubſtãtie ſepate ſi penitus ſũt ſine mã: ſicut cũ nos itelligimꝰ qd̃ qd eſt: ⁊ iõ in earũ intellectu nõ ꝯtingit eſſe falſum. ¶ Sciẽdũ tñ eſt ꝙ in cognoſcẽdo qd̃ qd eſt ꝯtigit eẽ deceptionẽ per accñs dupliciter rõne cõpõnis iteruenietis. Uno mõ ꝓut diffinitio vniꝰ rei eſt falſa ad aliã rẽ: ſicut diffinitio circuli eſt falſa ad triãgulũ. Alio mõ ꝓut ptes diffinitionis nõ coherent ſibi inuicẽ: ⁊ tũc diffinitio eſt falſa ſimplr: vt ſi aliqͤs ponat in diffõne alicuiꝰ aĩalis iſenſibile: vñ in illis in quoꝝ diffinitiõe nulla eſt cõpoſitio nõ ꝯtingit eſſe deceptioneʒ: ſed opʒ ea vel intelligere vere vel nullo mõ: vt dicitur in 9º metaphyſice. ¶ Deinde cum dicit.

Lec.13. tex.c.22. ¶ Sciẽtia aũt ea que eſt actu: eſt idem qd̃ res: ea vͦo que eſt potẽtia: in vno prior eſt tꝑe. Simplr aũt neq̄ʒ tꝑe. Sũt eñi vniuerſa que fiũt: ex eo qd̃ actu eſt.

T.c.27. ¶ Idẽ aũt eſt ſm̃ actũ ſcĩa rei: que vͦo ſm̃ potẽtiam tẽpore prior eſt in vno: oĩno aũt neq̄ʒ tempore: fiunt enim ex actu ente omnia que fiunt.

¶ Reſumit qd̃dã qd̃ ſupra dictũ eſt de itellectu ſm̃ actũ eo ꝙ nũc etiam de actu intellectus locutus eſt. ⁊ dicit ꝙ ſcientia ſm̃ actum eſt idem rei ſcite ſm̃ actũ. ⁊ ꝙ ſcientia que eſt ſm̃ potẽtiã eſt in vno ⁊ eodem prior tẽpore: ſed vniuerſaliter neq̄ʒ eſt tẽpore prior: qꝛ oĩa que ſunt in actu fiunt ex ente in actu: ⁊ hoc ſupra expoſitum eſt. tex.c.20.

¶ Senſibile aũt ad actũ ex potẽtia ſenſitiuũ ipm̃ deducere actuq̄ʒ videt̃ efficere. Nõ eñi patit̃ ac alteratur. Quapropter alia quedã eſt hec ſpẽs motꝰ. Naʒ motꝰ actꝰ eſt iperfecti. At actus ſimpliciter qui qdẽ eſt rei perfecte: alius eſt oĩno diuerſuſq̄ʒ ab illo.

¶ Uidetur autem ſenſibile ex potentia exiſtente ſenſitiuo actu agens. Non enim patit̃: neq̄ʒ alteratur. Unde alia hec ſpecies motus. Motus enim imperfecti actus. Simpliciter auteʒ actus alter eſt qui perfecti. T.c.28.

Lec. XII.

Poſtq̃ phus determinauit de itellectu ſm̃ ſe: hic determinat de itellectu per cõparatione ad ſenſum. Et circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit qualis ſit motꝰ ſenſus. Scd̃o aſſimilat motũ itellectꝰ motui ſenſus. ibi (Sentire qdẽ igit̃.) Dicit g̃ pͦmo ꝙ ſenſibile videt̃ faciẽs in actu partẽ ſenſitiuã ex eo ꝙ erat in potẽtia. Nõ enim ſic agit ſenſibile in ſenſum: ſicut ꝯ̃riũ in ſuũ ꝯ̃riũ vt aliqd ab eo abijciat trãſmutãdo ⁊ alterãdo ipm̃: ſed ſolũ reducit eũ de potẽtia in actũ. Et hoc eſt qd̃ ſubdit ꝙ ſenſitiuũ neq̄ʒ patit̃ neq̄ʒ alterat̃ a ſenſibili paſſiõe ⁊ alteratiõe ꝓprie accepta: ſm̃. ſ. ꝙ eſt a ꝯ̃rio in ꝯ̃riũ. Et qꝛ motus qui eſt in rebꝰ corporalibꝰ de qua determinatũ eſt in libro phyſicoꝝ eſt de ꝯ̃rio in ꝯ̃riũ: manifeſtuʒ eſt ꝙ ſentire ſi dicat̃ motꝰ eſt alia ſpẽs motꝰ ab ea de qua determinatũ eſt in lib. phyſicoꝝ. Ille. n. motꝰ eſt actus exiſtis in potẽtia: qꝛ videlʒ recedẽs ab vno ꝯ̃rio: q̃diu mouet̃: nõ attingit alterũ ꝯ̃riũ qd̃ eſt terminꝰ motꝰ: ſʒ eſt in potẽtia ad ipm̃. Et qꝛ oẽ qd̃ eſt in potẽtia inquãtũ huiꝰ eſt iperfectuʒ: iõ ille motus eſt actus imperfecti. Sed iſte motꝰ eſt actus perfecti: eſt eñi opatio ſenſus iam facti in actu per ſuam ſpẽm. Nõ eñi ſentire ꝯuenit ſenſui niſi in actu exiſtẽti: ⁊ iõ iſte motus ſimplr eſt alter a motu phyſico. Et huiꝰ motꝰ dr̃ ꝓprie opatio. vt ſentire ⁊ intelligere ⁊ velle. Et ſm̃ hunc motũ aĩa mouet ſeipſam ſm̃ Platonẽ inquantum cognoſcit ⁊ amat ſeipſam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sẽtire igit̃ ipſi dicere ſolũ ac itelligere ſile eſt. Cũ aũt ſenſus iocũdũ aut moleſtũ diſcernit: q̃ſi affirmauerit aut negauerit: tũ pſequit̃ aut fugit. Atq̄ʒ delectari aut dolere: eſt opari ipſa medietate ſenſus ad bonũ aut malũ vt talia ſũt: ⁊ fuga ⁊ appetitus: q eſt actu hoc ſunt. Et nõ aliud eſt appetitiuum: aliud fugitiuũ: nec alia ſunt iſta a ſenſitiuo q̃q̃ ipſoꝝ rõ non eſt eadem ſed diuerſa.

¶ Sentire quidẽ igitur ſimile eſt ipſi dicere ſolum ⁊ intelligere. Cum autem delectabile: aut triſte: vt affirmãs: aut negãs: proſequit̃: aut fugit. Et eſt delectari ⁊ triſtari agere ſẽſitiua medietate ad bonũ aut malũ inquãtũ talia: ⁊ fuga aut ⁊ appetitus hec que ſm̃ actum. Et non alterum appetitiuum ⁊ fugitiuũ: neq̄ʒ abinuicẽ: neq̄ʒ a ſenſitiuo: ſed eſſe alterum eſt. T.c.29.

¶ Aſſimilat motũ intellectus motui ſenſus. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit qualiter procedit motus in ſenſu. Scd̃o oſtẽdit ꝙ ſimiliter ꝓcedit in intellectu. ibi

(Intellectiue aũt.) Dicit ḡ pmo q̄ cũ sensibile reducat in actũ sensitiuũ sine passione ⁊ alteratione: sicut de itellectu supra dictũ est: manifestũ est ex dictis q̄ ipm sentire est simile ei qđ est itelligere: ita tñ q̄ qñ est solũ sentire. i. apphendere ⁊ iudicare ſm sensum: hoc est simile ei qđ est solũ dicere ⁊ intelligere: qñ. s. intellectus iudicat aliqd ⁊ apphendit: qđ est dicere: q̄ simplex apphensio. ⁊ iudiciũ sensus assimilatꝰ speculationi intellectus. Sed qñ sensus sentit aliqd delectabile aut triste. quasi affirmans ⁊ negans id qđ sensu percipiẽ esse delectabile aut triste: tũc ꝓsequiẽ per appetitũ. i. desiderat aut fugit. Et dicit signãter (aut affirmãs aut negãs:) q̄ facere affirmationẽ ⁊ negationẽ est ꝓpriũ intellectꝰ: vt supra dictũ est. Sed sensus facit aliqd simile huic: qñ apphendit aliquid vt delectabile ⁊ triste. Et vt sciaẽ qd sit delectari ⁊ tristari: subiũgit q̄ delectari ⁊ tristari est agere sensitiua medietate. i. actio quedã sensitiue virtutis: que dicitẽ medietas iquãtũ sensus cõmunis cõparaẽ ad sensus ꝓprios vt qđdã mediũ: sicut centrũ cõparaẽ ad lineas terminatas ad ipm. Nõ aũt oĩs actio sensitiue partis est delectari ⁊ tristari: sed que est respectu boni vel mali iquãtum huiꝰ. Nã bonũ sensus scilʒ qđ est ei ꝯueniẽs: causat delectationẽ: malũ aũt qđ est repugnãs ⁊ nociuũ causat tristitiaʒ. Et ex hoc qđ est tristari vel delectari sequunẽ fuga ⁊ appetitus. i. desideriũ: que sunt ſm actum. Patet igiẽ q̄ motus sensibilis in sensuʒ ꝓcedit qñ triplici gradu. Nam pmo apphendit ipm sensibile vt ꝯueniẽs vel nociuũ. Secũdo ex h̄ sequiẽ delectatio ⁊ tristitia. Tertio aũt sequiẽ desiderium vel fuga. Et quãuis appetere vel fugere vel sentire sint diuersi actus: tamẽ principiũ eoꝝ est idẽ subiecto: sed ratione differt. Et hoc est quod iungit q̄ appetitiuũ ⁊ fugitiuũ. i. pars aĩe que fugit ⁊ desiderat nõ sũt altere subiecto neqʒ adinuicẽ neqʒ a parte sensitiua: sed esse aliud est. i. differũt rõne. Et h̄ dicit cõtra Platonẽ qui ponebat in alia parte corporis organũ appetitiui: ⁊ in alia organũ sensitiui. ¶ Deide cũ dicit.

¶ Anime aũt que principiũ est rõcinãdi ipsa phantasmata ꝑinde atq̄ sensibilia sensui ipsi subijciẽ: atqʒ cũ bonũ aut malũ esse dicit affirmãdo aut negãdo: tum fugit aut persequitur. Quapropter ipsa anima sine phantasmate nunq̄ intelligit.

T.c.30. ¶ Intellectiue aũt anime phantasmata vt sensibilia sunt. Cum aũt bonum aut malum: affirmat aut negat: ⁊ fugit aut prosequiẽ. Propter qđ nequaq̄ sine phantasmate itelligit aĩa.

¶ Assimilat ꝓcessum motus in intellectu ad id qđ dictũ est circa sensum. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit qũo hẽt se circa sensibilia. Secũdo qũo se hẽt ad ea que sunt a sensibilibus separata. ibi (Abstractione aũt.) Circa pᵐ duo facit. Primo ostẽdit qũo intellectus se hẽt circa sensibilia in agẽdo. Secũdo cõparat itellectũ actiuũ ad speculatiuũ. ibi (Et oĩno in actione.) Circa pᵐ duo facit. Primo assimilat ꝓcessum intellectus processui sensus. Secũdo manifestat similitudineʒ. ibi (Sicut enim aer.) Dicit ergo pmo q̄ phantasmata se habẽt ad intellectiuã partẽ aĩe: sicut sensibilia ad sensuʒ. Unde sicut sensus moueẽ a sensibilibꝰ: ita itellectus a phantasmatibꝰ. Et sicut cũ sensus apphendit aliqd sicut delectabile vel triste ꝓsequiẽ illud aut fugit: ita etiã cũ itellectus apphendit aliqd affirmans vel negans esse bonũ vel maluʒ fugit aut ꝓsequiẽ. Ex ipso aũt modo loquẽdi Aristo. duplex est attendenda differẽtia iter intellectũ ⁊ sensum: q̄ in sensu erãt tria. Naʒ ex apphẽsione boni vel mali: nõ statim sequebaẽ desideriũ vel fuga: sicut hic circa intellectũ: sed sequebaẽ delectatio ⁊ tristitia: ⁊ ex hoc vlterius desideriũ ⁊ fuga. Cuius ratio est: q̄ sicut sensus nõ apphendit bonum vniuẽe: ita appetitus sensitiue partis nõ moueẽ a bono vel malo vniuẽi: sed a quodã determinato bono qđ est delectabile ſm sensum: ⁊ quodã determinato malo qđ est ꝯtristans ſm sensum. In parte autẽ intellectiua est apphẽsio boni ⁊ mali vniuẽis: vnde ⁊ appetitus itellectiue partis moueẽ statim ex bono vel malo apphenso. Secũda differentia est q̄ de intellectu dicit simpliciter q̄ affirmat vel negat: sʒ de sensu qđ quasi affirmat vel negat. Cuiꝰ ratio ex dictis patet. Ex hoc aũt qđ dixerat ꝯcludit vlterius q̄ si phantasmata se habẽt ad animã intellectiuã sicut sensibile ad sensuʒ: sicut sensus nõ põt sentire sine sensibili: ita anima nõ põt intelligere sine phantasmate. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Fit aũt ⁊ hic perinde vt ibi. Nã aer qdẽ pupillã talẽ efficit: ipsa aũt aliud: ⁊ auditus simili mõ. Ipsum võ vltimũ vnũ qdẽ est: ⁊ medietas: vna: ⁊ ipsiꝰ plures sunt rõnes: quo võ diiudicat atq̄ discernit calidũ a dulci differre: dictũ ⁊ prius est: ⁊ nũc ẽt est dicẽdum. Est eni vnũ qd ipsum: ⁊ ita vnũ vt terminꝰ. At q̄ hec ipsa vnuʒ sunt aut similitudine rõnis: aut numero quẽ habẽt ad vtrũq̄: vt illa inter sese habẽt. Quid eni interest: si quonaʒ pacto discernit aut ea que sub eodẽ genere collocanẽ: aut ꝯtraria dubitemus vt albũ ac nigrũ. Si igiẽ vt est. a. qđ est albuʒ: ad. b. qđ est nigrum: sit. c. ad. d. quare mutuo ordine cõparationẽ etiã eo rũdem vere facere licet. Si igiẽ c. d. sint vnuʒ: ipsa profecto sese habebunt perinde atq̄. a. b. vt sint idem ⁊ vnum. Non eandẽ aũt habebant rõnem ⁊ illa simili modo. Eadem erit oĩno rõ: ⁊ si. a. quidem sit dulce. b. võ album.

¶ Sicut enim aer pupillã huiꝰ facit: ipsa aũt alterũ: ⁊ auditus similr. Sed vltimũ vnũ ⁊ vna medietas: esse aũt ipsi plura. Quo aũt discernit quo differt dulce ⁊ calidũ: dictũ est qdeʒ ⁊ prius. dicẽdũ aũt ⁊ nũc. Est eni aliqd vnũ: sic aũt vt terminus. ¶ Et hoc in ꝓportionali: aut numero ens vnuʒ hẽt se ad vtrũqʒ sicut illa ad inuicẽ. Quo eni differt nõ homogenea iudicare aut ꝯtraria vt albũ ⁊ nigrũ. Sit igiẽ sicut. a. albũ ad. b. nigrũ. g. ad. d. sicut illa adinuicem: q̄re ⁊ ꝓmutatim. Sicut igiẽ. g. d. vni sint existẽtia: sic habebũt sicut ⁊. a. b. idẽ qdẽ: esse aũt nõ idẽ: ⁊ illud similiter. Eadẽ aũt ratio est: ⁊ si. a. quidem dulce sit. b. võ album. T.c.31. T.c.32.

¶ Manifestat similitudinẽ positaʒ. Et pmo quãtum ad hoc qđ dixit: q̄ intellectiue aĩe phantasmata sũt vt sensibilia. Scđo quãtũ ad h̄ qđ dixit: q̄ cũ bonũ aut malũ affirmat aut negat: fugit aut ꝓsequiẽ. ibi (Species qdẽ igiẽ.) Dicit ergo pmo q̄ aer imutatus a colore facit pupillam huiusmodi: idest facit eam aliqualeʒ: imprimẽs in eam speciem coloris. ⁊ ipsa scilicet pupilla sic immutata imutat alterũ scilʒ sensum cõmunẽ: ⁊ similr auditꝰ imutatus ab aere imutat sensum cõmunẽ. Et lʒ sensus exteriores sint plures: tñ vltimũ ad qđ terminanẽ imutationes horum sensuum est vnuʒ: q̄ est qñ quedã medietas

dictas vna inter oēs sensus:sicut centrū ad qđ terminā tur oēs lineę:q̄si ad vnū mediū.Et quāuis sit vnū sub iecto illud mediū oīum sensuū:tñ eē ipsi⁹ est plura.i.rō ipsius diuersificat̄ s̄m q̄ ad diuersos sensus comparat̄. Et hoc est quo discernit aīa in quo differat dulce ꝛ calidū:de quo dictū est p̄us:cū de ipso s̄m se agebat̄.ꝛ nunc ēt dōm est de ipso per cōparationes ad intellectū:q2 est aliqd vnū respectu oīum sensibiliū:sicut itellect⁹ est terminus oīum phantasmatū.Et sicut ex parte illa erāt plura que diiudicabant̄ ab vno:ita ꝛ hic ex p̄te itellectus se habēt in quodā mō ꝓportionali.i.q̄ ꝓportionabilr̄ rñdet vni diiudicanti circa sensibilia:aut ēt est similitudo quātū ad numerū diiudicatoꝝ.Iste eni inquātū terminus qui est intellect⁹ ens vnū se hēt ab vtraq3 inter que discernit:sicut illa se hēbant adinuicē.i.sicut se habebat vnus sensus cōmunis ad diuersa sensibilia iter que discernebat.Et nō differt si accipiam⁹ eā exēpli:vel nō homogenea.i.diuersa sensibilia nō vnius generis:sicut album qđ est in gn̄e coloris:ꝛ dulce qđ est in gn̄e saporis: iter que sensus cōmunis discernit:aut si accipiam⁹ 3ria: vt albū ꝛ nigrū que sunt vnius generis:q2 inter vtraq3 sensus cōmunis discernit.Accipiamus g̊.a.loco albi:ꝛ.b. loco nigri.vt sic se habeat.a.albū ad.b.nigrū:sicut.g.ad.d.idest sicut phātasia albi ad phantasiā nigri:q̄re ꝛ s̄m ꝑmutationē ꝓportionū.a.se hēt ad.g.sicut.b.ad.d.idest albū ad phantasmata albi:sicut nigrū ad phātasmata nigri:ꝛ sic se hēt itellectus ad.g.ꝛ ad.d.s.ad phantasmata albi ꝛ nigri:sicut se hēt sensus ad.a.ꝛ.b.idest ad albū ꝛ nigrū.Si igit̄.g.ꝛ.d.i.phantasmata albi ꝛ nigri sunt existentia vni.i.iudicantur ab vno itellectu:sic se habebūt sicut.a.ꝛ.b.i.album ꝛ nigrū que iudicantur ab vno sensu.Ita q̄ sicut sensus diiudicans hec duo:erat vnus subiecto differens ratione:ita erit de intellectu.Et eadē rō est si accipiamus non homogenea:vt scil3.a.sit dulce.ꝛ b.sit album.¶ Deinde cum dicit.

¶ Intellectiuū igit̄ ipsas formas in phantasmatib⁹ ipi is intelligit̄.Et vt in illis ipsi definitum est id qđ fugiendū est vel sequēdū:sic ꝛ sine sensu cū in phantas matib⁹ est mouet̄.Sentiens.n.signū face datum ignē esse:videsq3 ipm coi sensu agitari motu cognoscit hostem accedere.At nōnunq̄ hisce que sunt in aia phantasmatibus aut mētis conceptib⁹:quasi videns ad ea que sunt presentia ratiocinat̄ atq3 deliberat de futuris.Et cū hic vt ibi re3 eē que voluptatem aut dolorem affert:tum fugit aut persequit̄.

T.c.33. ¶ Species quidem igitur intellectiuū in phantasmatib⁹ intelligit.Et sicut in illis determinatum est ipsi imitabile ꝛ fugiendum:ꝛ extra sensum cum in phantasmatibus fuerit:mouetur. Ut sentiens qđ fugibile est q2 ignis:communi cognoscit videns qđ mouetur:quoniā impugnans est.Aliquando aūt que sunt in aīa phantasmatib⁹ aut intellectib⁹:ꝛ tanquā vidēs rōcinat̄:ꝛ deliberat futura aut p̄sentia.¶ Et cū di-

T.c.34 xerit vt ibi letū aut triste:hic fugit aut imitat̄.

¶ Manifestat qđ dixerat supra q̄ cū intellect⁹ affirmat vel negat bonū aut malū:fugit aut ꝓsequit̄:ꝯcludēs ex p̄dictis:q̄ pars aie itellectiua intelligit species a phātasmatibus abstractas.Et sicut intellectui determinat̄ aliquod imitabile ꝛ fugiendū in illis:scil3 in sensibilib⁹ cū p̄sentia fuerint:ita ꝛ mō ad imitandū vel fugiendū cu3 fiunt in phantasmatibus extra sensum.i.cū rep̄sentant̄ phantasmata in absentia sensibiliū.Et ponit exēplū de vtroq3.Et p̄⁹ qn̄ mouet̄ ad p̄sentiā sensibiliu3:sicut hō sentiēs aliqd qđ fugiendū est.i.aliqđ terribile:puta fremitū aliquē:sicut cū videt q̄ ignis est accensus in ciuitate:videns ignē moueri:cognoscit(cōmuni).i.aliqua potētia cōmuni diiudicatiua.vel(cōmuni).i.ab eo qđ cōmuniter accidere solet:cognoscit inq̄ qm̄ sunt ꝑlia:vel qn̄ est aliqd pugnās.ꝛ sic mouet̄ aliqn̄ intellect⁹ ad fugiendū vel imitandu3 ex sensibili p̄sente.Aliqn̄ aūt ex phātasmatib⁹ aut itelligibilib⁹ que sūt in aīa:rōcinat̄ ꝛ deliberat futura aut p̄sentia tanq̄ si actu videret.Et cū iudicat aliqd eē letū vel triste fugit h̄ aut imitat̄:vt ibi quādo mouebat̄ a p̄senti sensibili.¶ Deinde cu3 dicit.

¶ Et oino aliqd agit:ipm ēt verū ac falsu3:que sine actione sunt in eodē genere sunt:in quo sunt bonu3 ac malū.Sed absoluti differūt atq3 cuiuspiā rōne.

¶ Et omnino in actione ꝛ qđ sine actiōe est verū ꝛ falsu3 in eodē genere est cū bono ꝛ malo. Sed in eo qđ simpliciter differt ꝛ quodā.

¶ Cōparat cognitionē intellect⁹ practici ꝛ speculatiui ostens(q̄ verū ꝛ falsum).i.vera ꝛ falsa cognitio itellect⁹ (in actione).i.s̄m q̄ ꝑtinet ad itellectū practicū(ꝛ sine actione).i.s̄m q̄ ꝑtinet ad intellectū speculatiuū est in eodē gn̄e:siue illud genus sit bonū siue malū.Qđ pōt dupliciter itelligi.Uno mō sic:q̄ res itellecta vel practice vel speclatiue qn̄q3 est bona:qn̄q3 est mala.Neq3 diuersificat̄ ꝓpter h̄ genus rei q̄ ꝯsiderat̄ speculatiue vl practice.Alio mō pōt itelligi q̄ ipsa cognitio vera est qđdā bonū intellect⁹ siue speculatiui siue practici.Et ipsa cognitio falsa est qđdā malū itellect⁹:siue speculatiui siue practici.Nō g̊ itēdit cōparare verū ꝛ falsu3 bono ꝛ malo s̄m ꝯueniētiā gn̄is:sed verū ꝛ falsum qđ est in actiōe vero ꝛ falso qđ ē sine actiōe.Et h̄ p3 ex diia quā subdit dicēs q̄ differt.s.qđ est ī actiōe:ꝛ qđ est sine actiōe in eo qđ est simplr̄ ꝛ quodā.Nā itellect⁹ speculatiu⁹ ꝯsiderat aliqđ verū esse vel falsu3 in vniuli:qđ est ꝯsiderare simpliciter:itellect⁹ aūt practic⁹applicādo ad p̄ticulare operabile:q2 opatio in particularib⁹ est.¶ Deinde cū dicit.

¶ At vō res ea que vocitant̄ ob abstractionē abstracte:hoc pacto itelligit.Nā vt si q̄spiā symmitatē nō vt est symmitas:quo qdē pacto percipi separata nō pōt.Sed vt cōcauitas est itelligeret actu sine ea cū ipsam intelligeret carne in qua ꝯcauitas est.Sic cū res intelligit mathematicas:tu3 separatas ipsas vt separatas intelligit.Omnino aūt is intellectus qui actu intelligit:res ipse vti diximus.

¶ Abstractione autē dicta intelligit:sicut symmum nō separate.Inquantū autē curuū si aliqđ intellexit actu:sine carne itellexit in qua curuum:sicut mathematica:nō separata tanq̄ si separata sint intelligit cum intelligat illud.Omnino aūt intellectus s̄m actū res est intelligens. T.c.35.

T.c.36.

¶ Quia dixerat p̄hus q̄ nequaq̄ sine phantasmate intelligit anima:phantasmata aūt a sensu accipiunt̄:vult ostendere quomō itellectus noster itelligit ea que sūt a sensib⁹ separata.Et circa h̄ duo facit.P̄mo ōndit quō intelligit mathematica que a mā sensibili abstrahunt̄. Scđo īquirit vtrū itelligat ea que sūt s̄m eē a mā separata.ibi(Utrū aūt cōtingat.)Circa p̄mū cōsiderādū est q̄ eoꝝ que sunt in rebus coniuncta:cōtingit vnū sine

altero intelligi ꝛ vere:dūmō vnū eoꝝ nō sit in rōne alterius.Si.n.Socrates sit music⁹ ꝛ alb⁹.possuȝ itelligere albedinē:nihil de musica itelligēdo.Nō aūt possuȝ itelligere hoiem nihil intelligēdo de aiali:qꝛ aial est in rōne hois.Sic ḡ separādo ꝑm itellectū que sūt ꝑm rē ꝯiūcta mō ꝑdicto:nō ꝯtigit falsitas.Si aūt itellect⁹ itelligat ea que sūt ꝯiūcta:eē separata.eēt itellus falsus.vtputa si in ꝑdicto exēplo diceret musicū nō eē albū.ea vō que sūt in sensibilib⁹ abstrahit itellus:nō qdē itelligēs ea eē separata:sed separatim vel seorsuȝ ea itelligēs.Et h est qd dicit ꝙ itellect⁹ itelligit ea que sūt dicta per abstractioneȝ.s.mathematica.h mō sicut dū itelligit symmū ꝑm qd ē symmum non intelligit sepate.i.seorsum symmū a mā sensibili:qꝛ mā sensibilis.s.nasus cadit i diffōne symmi. Si aūt itellect⁹ itelligit aliqd in actu:iquātū est curuuȝ sine carne itelligit iquātū est curuū. Nō qdē:ita ꝙ itelligat curuū eē sine carne:sȝ qꝛ itelligit curuū nō itelligēdo carnē.Et hoc iō qꝛ caro nō ponit̄ in diffōne curui.Et sic itellect⁹ itelligit oīa mathematica sepate:tanq̄ si eēnt sepata:q̄uis nō sint separata ꝑm rē.Nō aūt sic itelligit nālia:qꝛ in diffōne nāliū ponit̄ mā sensibilis:nō aūt in diffōne mathematicoꝝ.Abstrahit tn̄ circa nālia intellectus vniu̾le a ꝑticulari simili mō:iquātū itelligit nām spēi sine ꝑncipijs idiuiduantib⁹ que nō cadūt in diffōne spēi.Et oīno itellect⁹ in actu est res itellecta:qꝛ sicut res in sui rōne habēt mām vel nō habēt:sic ab itellectu ꝑcipiunt̄.Et qꝛ hūc modū abstractiōis Plato nō ꝯsiderauit:coact⁹ fuit ponere mathematica ꝛ spēs separatas:loco cuius ad predictā abstractionē faciendam Aristo.posuit intellectum agentem.℄ Deinde cum dicit.

℄ Si vō fieri possit vt aliquam ipse non separatus a magnitudine separatarum rerum intelligat necne:considerandum est postea.

℄ Utrum aūt ꝯtingit aliqd separatoꝝ intelligere ipsum existentē nō separatū a magnitudine:aut nō:considerandum posterius.

℄ Mouet qōnē de his que sunt separata a mā ꝑm eē dicens:ꝙ posterius ꝯsiderādū erit vtrū ꝯtingat itellectuȝ nostrū nō separatū a magnitudine.i.a corpore itelligere aliqd separatoꝝ.i.aliquā subām separatā.Hec enim qō hic determinari nō potuit:qꝛ nōdū erat manifestū esse aliquas substātias separatas:nec que vel q̄les sint.Uñ hec qō ꝑtinet ad metaphysicū:nō tn̄ iuenit̄ ab Aristotele soluta:qꝛ cōplemētū illi⁹ scie nōdū ad nos ꝑuenit:vel qꝛ nōdū est tot⁹ liber trāslatus:vel qꝛ forte ꝑoccupatus morte nō cōpleuit.Cōsiderandū tn̄ est ꝙ intellectu hic dicit nō separatū a corpore:inquātū est potētia quedaȝ aie que est act⁹ corporis.Supra tamē dixit eū a corpore separatū:qꝛ nō hȝ aliqd organū deputatū sue oꝑationi.

℄ Nūc aūt ea:que de aia dicta sunt:quasi ad quedā capita redigētes:rursus dicam⁹ aiam ipsam ea vniuersa quodāmō esse que sunt.Nā ea que sūt:aut intelligibilia sunt:aut sensibilia sunt.Atq̄ scia qdem est res he quodāmō:que sub ipsam sciam cadūt:sensus aūt ipse sensibiles.Uerū quo pacto id ita ē queraf opȝ.Scindit̄ igit̄ in ipsas res scia atq̄ sensus. Is qdē qui est potētia in res potētia tales:is vō q est actu in actu simil̄r tales:ꝛ scia pari mō.Sēsitiuū aūt aie:ꝛ id qd sciētijs affici pōt:hec potētia sunt:h quidē id qd sub sciam cadit:illud vō sensibile.

T.c.37. ℄ Nunc aūt de anima dicta recapitulātes dicamus iterū:ꝙ oia ea que sunt quodāmō est aia:aut eni sensibilia que sunt:aut itelligibilia.Est aūt scia qdē scibilia quodāmō.sensus aūt sensibilia.℄ Qualiter autē hec sint opȝ inquirere. T.c.38. Secat eni scientia ꝛ sensus in res:que quideȝ potentia est in ea que sunt potētia:que vō actu in ea que sunt actu.Anime aūt sensitiuuȝ ꝛ qd scire potest:potentia hec sunt:hoc quidem scibile:illud vō sensibile.

Lectio. XIII.

POstq̄ ꝑhus determinauit de sensu ꝛ itellectu.Nūc per ea que de vtraq̄ dicta sūt ostēdit quid de nā aie sit sentiēdū.Et diuidit̄ in partes duas.In pª ostēdit ꝙ nā aie est quodāmō sicut antiq credebāt:ꝛ quodāmō alr. In 2ª ostēdit dependentiā itellect⁹ a sensu.ibi(Qm̄ aūt neq̄ȝ res.)Circa pᵐ duo facit.Primo ostēdit ꝙ aia quodammō est oia sicut antiq dixerūt.Scdo dicit ꝙ aliter est oia q̄ illi dixerūt.ibi(Necesse est aūt.)℄ Dicit ḡ pº ꝙ nūc recapitulātes que dicta sunt de aia.vt ex his ꝓpositū ostēdamus:dicam⁹ ꝙ oia quodāmō est aia.Oia eni que sunt aut sunt sensibilia aut intelligibilia.aia aūt est quodāmō oia sensibilia ꝛ intelligibilia:qꝛ in aia est sensus ꝛ itellect⁹ siue scia:sensus aūt est quodāmō ipsa sensibilia:ꝛ itellectus intelligibilia siue scia scibilia.Et qualiter hoc sit opȝ inquirere.Sensus eniȝ ꝛ scia diuidunt̄ in res.i.diuidunt̄ in actū ꝛ potētiā queadmodū ꝛ res:ita tamē ꝙ scia ꝛ sensus que sunt in potētia ad sensibilia ꝛ scibilia:se habēt ad scibilia ꝛ sensibilia que sunt in potētia.sciētia vō ꝛ sensus que sunt in actu ordinant̄ in sensibilia ꝛ scibilia que sunt in actu:sed tamen diuersimode. Nā sensus in actu:ꝛ scia vel intellectus in actu sunt scibilia ꝛ sensibilia in actu.Sȝ potētia aie sensitiue:ꝛ id qd scire pōt.i.potētia itellectiua:nō est ipsum sensibile vel scibile:sed est in potētia ad ipsa.Sensitiuū qdē ad sensibile:qd aūt scire pōt ad scibile.Relinquit̄ igitur ꝙ aia quodāmodo sit oia.℄ Deinde cum dicit.

℄ At qui necesse est aut res ipsas aut formas in aia esse.At nō sunt in ea res ip̄e ꝑfecto.Nō.n.ip̄e lapis in aia:sed forma lapidis inest.Quare aia est vt manus:manus eni istrumētoꝝ est istrumētū:ꝛ itellect⁹ formaꝝ est forma:ꝛ sensus itidē sensibiliū forma.

℄ Necesse est aūt aut ipsa:aut spēs eē.Ipsa quidem igit̄ nō sūt:nō eni lapis in aia est:sed spēs. Quare aia sicut manus est.Manus eniȝ organum organorum:ꝛ intellectus species specierum:ꝛ sensus species sensibilium.

℄ Ostendit ꝙ alio mō est oia q̄ antiq ponerēt:ꝛ dicit ꝙ si aia est oia:necesse est ꝙ sit vel ipse res scibiles ꝛ sensibiles:sicut Empedo.posuit ꝙ terra terrā cognoscimus:ꝛ aq̄ aquā:ꝛ sic de alijs:aut sit spēs ipsoꝝ.Nō aūt aia est ipse res sicut illi posuerūt:qꝛ lapis nō est in aia:sed spēs lapidis.Et per hunc modū dicit̄ itellect⁹ in actu eē ipm itellectū in actu:inquātū species itellecti est spēs itellectus in actu.Ex quo pȝ ꝙ aia assimilat̄ manui.Manus eni est organuȝ organoꝝ:qꝛ manus date sunt homini loco oīum organoꝝ que data sunt alijs aialibus ad defensionē vel impugnationē vel cooperimentū.Omnia eni hec homo sibi manu ꝑparat.Et similiter aia data est homini loco oīuȝ formaꝝ:vt sit hō q̊dāmō totū ens:iquantū ꝑm aiaȝ est q̊dāmō oia:put ei⁹ aia est receptiua oium formarū.Nā itellect⁹ est quedā potētia receptiua oium formarū intelligibiliuȝ:ꝛ sensus est quedā potētia receptiua

ptiua oium formaruz sensibiliū. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cuz aūt nulla res sit p̄ter magnitudines separata: vt v. def: res ipse sensibiles: in ipsis ꝓfecto sensibilib⁹ formis ipse sunt itelligibiles forme: tū earū rerū que abstracte vocant̄: tū coꝝ etiaz sensibiliū que sūt habit⁹ atq; affect⁹. Jccirco ⁊ qui nō sentit: nihil discere vel intelligere pōt: ⁊ qui ꝯtēplat̄: necesse est vna cū phantasmate contēplet̄. Jpsa nāq; phantasmata veluti sensibilia sunt: attamē sine materia.

T.c.39. ¶ Qoniam aūt neq; res nulla est preter magnitudines: sicut videtur: sensibilia separata in speciebus sensibilibus itelligibilia sunt: ⁊ que abstractione dicunt̄: ⁊ quecūq; sensibiliū habit⁹ ⁊ passiōes. Et ob hoc neq; nō sentiēs nihil: nihil vtiq; addiscet neq; intelliget. Sed cuz speculetur: necesse simul phantasma aliqd̄ speculari. Phantasmata aūt sicut sensibilia sunt preter qd̄ sunt sine materia.

¶ Quia dixerat q̄ itellect⁹ est quodāmō itelligibilis sic̄ sensus sensibilis: posset aliqs credere q̄ intellect⁹ nō depēderet a sensu. Et hoc q̄dē verū esset si itelligibilia nr̄i itellect⁹ eēnt a sensibilib⁹ separata s̄m esse: vt Platonici posuerunt. Et iō hic ostēdit q̄ itellect⁹ indiget sensu. Et postmodū q̄ intellectus differt a phantasia que ēt a sensu depēdet. ibi (Est aūt phantasma.) Dicit ḡ p̄mo q̄ q̄ꝛ nulla res itellecta a nobis est p̄ter magnitudines sensibiles q̄si ab eis separata s̄m esse: sicut sensibilia videntur abinuicē separata: necesse est: q̄ itelligibilia itellect⁹ nr̄i sint in spēb⁹ sensibilib⁹ s̄m esse: tam illa que dicunt̄ per abstractionē .s. mathematica: q̄z nālia que sunt habitus ⁊ passiōes sensibiliū. Et ꝓpter hoc sine sensu nō pōt aliquis homo addiscere q̄si de nouo acq̄rens sciaz: neq; intelligere quasi vtens sciētia habita. Sed opꝫ cū aliqs speculat̄ in actu q̄ simul formet sibi aliqd̄ phantasma. Phantasmata eni sunt similitudines sensibilium. Sed in hoc differūt ab eis: q̄ꝛ sunt p̄ter mām̄. Naz sensus est

T.l.c.122 susceptiuus specierū sine mā: vt supra dictū est. Phantasia aūt est motus fact⁹ a sensu s̄m actū. Patet aūt ex hoc falsum esse qd̄ Auicēna ponit q̄ itellect⁹ nō indiget sensu postq̄ acquisiuit sciam. Manifestuz est eni q̄ postq̄ aliquis acq̄siuit habitū scie: necesse est ad h̄ q̄ speculet̄ q̄ vtat̄ phantasmate: ⁊ ꝓpter hoc per lesionē organi impedit̄ visus scientie iaz acquisite. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Est aūt aliud phātasia ab affirmatiōe negatiōe ue. Verū eni vel falsum cōplexio est ꝯceptuū itellect⁹.

¶ Est aūt phātasia alterū a dictione ⁊ negatione. Cōplexio .n. itellectū est verū aut falsum.

¶ Ostēdit dr̄iam iter phātasiaz ⁊ itellectū. Et p̄° q̄tū ad operationē cōem itellect⁹ que est cōpositio ⁊ diuisio: dicens q̄ phantasia est alterum ab affirmatione vel negatione intellectus: q̄ꝛ in cōplexione itelligibiliū iā est verum ⁊ falsum: qd̄ nō est in phantasia. Nam cognoscere verum ⁊ falsum est solius intellectus. ¶ Secūdo ibi.

¶ At mentis primi conceptus quo queso different: vt non phantasmata sint. An neq; ceteri sunt phantasmata: non tamen sine phantasmatibus sunt.

¶ Primi aūt intellectus quidē differunt vt nō phantasmata sint. Aut neq; hi phantasmata: sed non sine phantasmatibus.

¶ Jngrit in quo differāt p̄mi itellect⁹ .i. itelligētie idiuisibiliū cuz nō sint phantasmata. Et r̄ndet q̄ nō sunt sine phātasmatib⁹: sed tn̄ nō sunt phātasmata: q̄ꝛ phātasmata sunt silitudines p̄ticulariū: itellecta aūt sunt vlia ab indiuiduantibus cōditionib⁹ abstracta. vnde phātasmata sunt indiuisibilia in potentia ⁊ nō in actu.

¶ Cuz aūt aialiū aia hisce duob⁹ sit diffinita: discernendi inquā potentia: qd̄ q̄dē est opus officiūq; mētis atq; ēt sensus: ⁊ insup ēt mouēdi motu ad locuz accōmodato potētia: de sensu quidē ⁊ itellectu hec sint determinata ac ꝑtractata. Deinceps aūt de eo qd̄ mouet: quidnā sit ipsius anime cōsiderem⁹ opꝫ: vtrū vna quedā ipsius sit pars separabilis magnitudine vel rōne: an ipsa aia tota. Et si pars sit aliq̄a: vtrū sit alia quedā ꝓpria p̄ter eas que dici solent: ⁊ eas quas diximus: an istarū aliqua vna.

¶ Quoniā aūt aia s̄m duas diffinita est potentias que aialiuz est: ⁊ discretio qd̄ intelligentie opus est ⁊ sensus: ⁊ adhuc in mouēdo s̄m locū motū: de sensu quidē ⁊ intellectu determinata sint tanta. De mouente autē quid forte sit anime: speculandū est: vtrum vna quedā pars ipsius sit separabilis aut magnitudine aut rōne aut omnis anima. Et si pars aliqua: vtrū propria quedam sit preter consuetas dici ⁊ dictas: aut harum vna aliqua sit. T.c.40 Lec. XIIII.

Postq̄ Phus determinauit de p̄tib⁹ aie vegetatiua sensitiua ⁊ itellectiua. Nūc q̄rto determinat de parte aie motiua. Et diuidit̄ in p̄tes duas. Jn p̄° dicit de quo ēst intētio. Jn 2° ꝓsequit̄. ibi (Dēt aūt dubitationē.) Dic̄ ḡ p̄ q̄ q̄ꝛ aia que est aialiū: diffinita est ēt ab antiqs phis s̄m duas potētias .i. s̄m q̄ hēt potētiā ad duo: quoꝝ vnū est discretio que fit per cognitionē: que quidē discretio opus est intellectiue ⁊ sensitiue partis. aliud aūt est mouere s̄m locū: de sensu ⁊ intellectu sunt tāta determinata quāta in p̄orib⁹ habita sunt. Sed nūc speculandū est de alia p̄te .s. p̄n° mouēte: q̄d aie sit. Utrū .s. sit aliq̄ pars aie separabilis ab alijs vel magnitudine .i. subto: ita q̄ hēat distinctū locū in corpore ab alijs potētijs sicut platonici posuerūt: vel sit separabilis ab alijs aie partibus rōne tm̄. Aut nō sit pars aie: s; sit tota aia. Et dato q̄ sit aliq̄ pars aie: remanet ꝯsiderādū vtꝝ sit quedā alia p̄s aie p̄ter illas que ꝯsueuerūt dici: ⁊ p̄ter eas que a nobis dicte sunt: aut est vna earū. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At hic existit continuo dubitatio: dubitabitq; nō iniuria quispiā: quonam partes aie ⁊ quot oporteat dicere. Nam infinite quodāmō ⁊ nō ee solū esse vident̄ quas diuidendo quidaz dixerunt: rationis inquam participes ⁊ irascendi ac cupiendi principiū: velut alij rationis particeps ⁊ rōnis expers.

T.c.41. ¶ Habet aūt dubitationē mox: q̄uo opꝫ partes aie dicere ⁊ quot. Modo .n. quodā infinite vident̄: ⁊ nō solū quas dicūt quidā determinantes rationatiuā ⁊ irascibilē ⁊ appetitiuā: hi aūt rationem habentē ⁊ irrationabilem.

¶ Prosequit̄ suā intētionē. Et p̄mo per moduz disputationis. Secūdo per modū determinatiōis. ibi (Uident̄

autem hec duo.) Circa pᵐ duo facit. Primo disputat cōtra distinctionē potētiarū aie. Scdo specialr circa pᵐ mot⁹ que pars aie sit. ibi (Sed de motu fm locū.) Circa pᵐ duo facit. Primo recitat diuisionē potētiarū aie quā qdā ponebāt. Scdo disputat ɔtra eas. ibi (Scdm.n.differētias.) Dicit ḡ pmo q mox in pn° hui⁹ inqsitiōis hēt dubitationē quō oportet distinguere partes aie ꝛ quot sunt: q2 fm aliquē modū vident ifinite esse. i. nō posse cōprehēdi sub aliquo certo numero. Et hoc verū esset si singulis operib⁹ aie ꝛ motib⁹ que sunt ab aia necesse eēt attribuere diuersas partes aie: ꝛ sic videt q nō sint solū ille ptes quas qdā determināt. s. rōnalē: irascibilē: appetitiuā. i. ɔcupiscibilē. Hec qdem diuisio nō cōprehēdit oēs aie ptes: sed solū vires motiuas in hoie. Alij aūt distinguūt aie vires per rōnē habētē ꝛ irrationabilē. Sed hec qdē diuisio lȝ fm aliquē modū cōprehēdat aie partes oēs: nō tñ est ppria diuisio partiū aie fm q sunt aie partes: sed forte solū fm q sunt in aia rōnē hābēte: ꝛ sic vtit ea Aristo. in pmo ethicoꝝ. ℂ Deinde cum dicit.

Le.20. ℂ Per differētias eni qbus hasce diuidūt ꝛ separāt partes ꝛ alie partes eē vident: que maiorē iter sese q̄ dicte distātiā habent. Uegetatiua inq̄: que quidem ꝛ plātis ꝛ vniuersis aialib⁹ iest: ꝛ sensitiua quā nec vt rationis expertē: nec vt eiusdem participē quisq̄ facile ponet.

ℂ Secundum enim differentias per quas has separant: ꝛ alie videntur partes maiorem his differentiaȝ habentes: de quibus ꝛ nunc dictū est. Uegetatiua autē que cum plantis inest ꝛ omnibus viuentib⁹: ꝛ sensitiua quā neqȝ sicut irrationabilem neqȝ sicut rationem habentem ponet quis vtiqȝ facile.

ℂ Obijcit ɔtra pdictas diuisiones multipliciter. Primo obiectio est q si iste differētie fm quas diuersificāt aliqui ptes aie sufficiūt ad diuersitatē in ptib⁹ aie ɔstituēdā: iueniunt alie partes maiorē distam habētes adinuicē q̄ ille que dicte sunt: de qb⁹ ēt in hoc libro dictū est. Pars eni vegetatiua est in plātis ꝛ in oibus aialib⁹: siue in oib⁹ viuentib⁹: ꝛ sensitiua ēt est in oib⁹ aialib⁹. ꝛ manifestū est q vegetatiua ꝛ sensitiua plus differūt abinuicē ꝛ a rōnali ꝛ ɔcupiscibili ꝛ irascibili q̄ irascibilis differat a ɔcupiscibili: ꝛ tñ iste due potētie nō cōprehēdunt sub illis diuisionib⁹. Et q nō cōprehēdat sub pᵃ diuisione manifestū est. Patet eni q neq̄ vegetatiua neq̄ sensitiua pōt dici eē rōnabilis vel cōcupiscibilis vel irascibilis. Unde hoc ptermisso pbat q hec nō cōprehēdantur sub 2ᵃ diuisione: dicens q nō de facili pōt aliqs vel vegetatiuā vel sensitiuam ponere vel irrationalem vel rōnē habētē. Et qdē q neutra harū habeat rōnē manifestum est. Sed q neq̄ etiā aliqua earū sit irrationabilis: ex hoc manifestū esse pōt: q2 irrationabile est: vel qd est ɔtrariū rōni: vel qd est natū habere rōnē ꝛ nō hēt: quorū neutrū ɔtingit dictis ptib⁹. Si eni diceret tñ negationē rōnis: nō posset poni genus potētiarū aie. Uñ manifestū videt q pmisse diuisiones potētiarū aie sint incōuenictes. ℂ Secūdam rōnem ad idem ponit ibi.

ℂ Preterea imaginatiua: que rōne quidē ab oibus est diuersa. Cui vo sit iungenda vt sit idē qd illa: aut a qua est seiungenda vt sit alia ab illa. magnā dubitationē habet profecto: si quis seiunctas anime partes separatasq̄ ponat.

ℂ Adhuc aūt ꝛ phantastica que per esse quidē ab omnibus altera est. Cui aūt harū eadē vel altera sit habet multā dubitationem. si aliquis ponat separatas partes anime.

ℂ Dicens q ps aie phātastica que fm rōnē ab oib⁹ alijs differt hȝ multā dubitationē cū q̄ pdictaꝝ potētiaꝝ debeat eē eadē vl altera: ꝛ pcipue si aliqs ponat ptes aie separatas subto: sic aliq ponebāt. ℂ Tertiā rōnē pōit ibi.

ℂ Insuper appetitiua: que ꝛ rōne ꝛ vi alia diuersaq̄ sine dubio ab vniuersis esse videt. Absurdū aūt est hāc a ceteris diuellere partib⁹. Fit.n. ꝛ in participe rōnis voluntas: ꝛ in rōne vacāte cupiditas atq̄ ira. Qd si tres in partes diuidit anima: in vnaquaq̄ profecto partium inerit appetitus.

ℂ Adhuc autem ꝛ appetitiua que ꝛ ratione ꝛ potentia altera videtur vtiqȝ esse ab omnibus ꝛ inconueniens vtiqȝ hanc sequestrare. In ratiocinatiua enim volūtas fit: ꝛ in irrationabili concupiscentia ꝛ ira. Si autem tria in anima: in vnoquoqȝ erit appetitus. T.c.42

Istud eſt 2m caplm p̄mi tractat⁹: in quo poſtq̄ Ph̄us in p̄cedēti caplo recitauit opiniones antiquoꝝ ph̄oꝝ de aīa: qui inueſtigauerūt nām eius ex parte mot⁹: hic ꝯſequēter recitat opinionē illoꝝ ph̄oꝝ qui inueſtigauerunt nām aīe ex parte cognitionis ⁊ ſenſus. Primo ponēdo id in quo ꝯueniunt tales ph̄i. Scđo recitando duas opiniones diuerſas: videlicet Empedoclis ⁊ Platonis. ¶ Cōſiderandū aūt p̄mo ꝙ oēs illi ph̄i qui inueſtigauerunt aīam ex parte ſenſus ⁊ cognitionis ꝯueniunt in hoc ꝙ vnanimiter dicebant eſſe p̄nm aut p̄ncipia oīum entiū. ſ. dicebāt aīam eſſe cōpoſitā ex p̄ncipijs rerum. vnde ſm ꝙ ph̄i diuerſimode locuti ſunt de p̄ncipijs ⁊ de numero eoꝝ: diuerſimode locuti ſūt ēt de ipſa aīa. Unde illi qui poſuerūt vnū p̄nm tm̄: poſuerunt aīam eſſe cōpoſitā ex illo p̄ncipio: qui v̄o poſuerunt plura p̄ncipia: dicebant aīam eſſe cōpoſitā ex pluribus p̄ncipijs. ¶ Cōſiderandū eſt vlterius ꝙ motiuū illoꝝ ph̄oꝝ q̄re poſuerunt aīam cōpoſitā ex oībus p̄ncipijs erat tale: qꝛ aīa nata eſt cognoſcere oīa: videlicet itelligibilia per intellectū ⁊ ſenſibilia per ſenſum: ſed oīs cognitio tā intellectiua q̄ ſenſitiua eſt rōne ſimilitudinis: ex eo enim ꝙ res cognita aſſimilat cognoſcēti fit cognitio: niſi eniʒ ſimilitudo rei viſibilis eēt in oculo nō poſſet videri: ſimiliter niſi ſimilitudo rei intelligibilis ſuſciperet in intellectu: nō poſſet fieri intellectio: cū ergo aīa nō pōt aſſimilari oībus reb⁹: (vt ipſi dicebāt.) niſi aīa cōponat ex p̄ncipijs oīum rerū: ergo cōcludebant ꝙ aīa eſſet cōpoſita ex p̄ncipijs oīum rerū: vt videlicet terrā intelligeret: cōponeret ex terra: ⁊ ſic de ſimilib⁹. ¶ Cōſiderandum eſt vlterius ꝙ p̄dictū motiuū nō valet: tū p̄mo: qꝛ ſi aīa cōponeret ex terra nō intelligeret terrā: qꝛ intus exiſtens ꝓhibet extraneū: tum ſcđo qꝛ ad hoc ꝙ fiat intellectio vel ſenſatio: ſufficit aſſimilatio rei cognite ad cognoſcētem quātū ad hoc ꝙ ſpecies ſeu ſimilitudo rei cognite ſuſcipit in cognoſcēte: non eſt ergo neceſſe ꝙ lapis ſm ſuū eſſe māle ſit in oculo vt cognoſcat ab eo: ſed ſufficit ꝙ ſit in eo ſm eſſe intentionale. ¶ Cōſiderandū eſt vlterius ꝙ Ph̄us hic recitat duas opiniones p̄ncipales: videlicet Empedoclis ⁊ Platonis. Opinio eniʒ Empedoclis erat ꝙ aīa eſſet cōpoſita ex quatuoꝛ elementis: ⁊ ex cōcoꝛdia ⁊ diſcoꝛdia. Sed Plato poſuit aīam cōpoſitaʒ eſſe ex q̄tuoꝛ alijs p̄ncipijs ſm ꝙ poſuit alia p̄ncipia: videlicet ex eodē ⁊ diuerſo: ſiue partibili ⁊ ipartibili: ſcđo ex ideis. tertio ex numeris. ¶ Cōſiderandū eſt vlterius pro declaratiōe opinionis Platonis: ſm doctoꝛē ſanctū ꝙ entia poſſunt tripliciter ꝯſiderari. Uno mō in ſe ⁊ in ꝓpꝛia nā. Scđo mō per reſpectū ad p̄nm effectiuū. Tertio mō per reſpectuʒ ad eos in cōmuni in quo oīa entia ꝯueniūt. Quātū ad p̄am ꝯſiderationeʒ Plato poſuit duo p̄ncipia entiū. ſ. idē ⁊ diuerſum. Quantū v̄o ad 2am cōſiderationē poſuit tertiū p̄ncipiū. ſ. ideas. Quantū ad 3am ꝯſiderationē poſuit numeros eſſe p̄ncipia oīum rerum. ¶ Cōſiderandū eſt vlterius ſm eundeʒ ꝙ oīs lōgitudo cōponit ex duob⁹ punctis cōpoſitis ex numero binario. latitudo v̄o ſiue ſuperficies cōponit ex numero trinario cum includit tria pūcta. altitudo v̄o ſiue coꝛpus cōponit ex numero q̄ternario. vnde qꝛ dicebat res componi ex ideis: iō dicebat ideā vnitatis eſſe punctū: ⁊ p̄mā lōgitudinē ſiue lineā eſſe ideā dualitatis: latitudinē v̄o ſiue ſuperficiē dicebat eſſe ideā trinitatis ſiue numeri trinarij. Altitudinē v̄o p̄mā ſiue coꝛpus dicebat eſſe ideā numeri quaternarij. Et qꝛ quelibet res ſenſibilis includit pūctum latitudinē longitudinē ⁊ ꝓfunditatē: ideo dicebat quālibet rem ſenſibilē cōpoſitā ex numeris ⁊ vnitatib⁹. ¶ Cōſiderandū eſt vlterius ꝙ aīa quecunq̄ cognoſcit: aut cognoſcit intellectu aut ſciētia aut opinione aut ſenſu. Intellectus v̄o includit vnitatē qꝛ eſt vnius. ſ. medij. Scientia v̄o includit dualitatem qꝛ eſt duoꝝ: videlicet ipſius medij ⁊ cōcluſionis: ſed opinio includit trinitatē: qꝛ eſt ipſius medij ⁊ ipſius ꝯcluſionis demōſtrate ⁊ cōcluſionis foꝛmidate. Senſus v̄o icludit numerū quaternariū: qꝛ in ſua operatione idiget coꝛpoꝛe oꝛganico: ſed omne coꝛpus: vt dictū eſt: includit numeꝝ quaternariū. Cuʒ ḡ vt dicit Plato aīa cognoſcat oīa p̄dicta q̄tuoꝛ: iō dicebat aīam eſſe cōpoſitā ex vnitate dualitate trinitate ⁊ quaternitate: ſiue quaternario numero: vt aſſimilaret omnib⁹ reb⁹ cognoſcibilib⁹. ¶ Cōſiderādū vltimo ſm Ph̄m in fine huius capituli ꝙ aliqui alij ph̄i volētes inueſtigare nām aīe ex parte vtriuſq̄: videlicet tā motus q̄ ſenſus. dicebat aīam eſſe numerū mouentē ſeipſum. Numerū quidē qꝛ maxime cognoſcitiua eſt. Mouentē v̄o ſe: qꝛ maxime motiua eſt inter oēs alias foꝛmas.

¶ Sequit 3m caplm ibi (Differūt aūt.) Hic icipit lectio quinta eiuſdē libꝛi: ⁊ in cōmento ſancti Thome.

Istud eſt 3m caplm p̄mi tractat⁹ in quo Ph̄us recitat diuerſitatē opinionū ph̄oꝝ loquētiū de aīa. Et p̄mo recitat diuerſitatē eoꝝ quātū ad p̄na rerū. Differebāt enī ⁊ quātū ad ſubſtātiā p̄ncipioꝝ: ⁊ quātuʒ ad numerū. Quātū ad ſubſtātiā p̄ncipioꝝ tripliciter differebāt. Nā q̄dā poſuerūt p̄na rerū eē coꝛpoꝛalia: de quorū numero fuit Empedocles qui poſuit q̄tuoꝛ elemēta eſſe p̄ncipia rerū ⁊c̄. Alij poſuerūt illa p̄na eſſe ſpiritualia ſiue imālia: vt Plato qui poſuit ideas. Alij v̄o poſuerūt illa p̄na eſſe tam coꝛpoꝛalia q̄ incoꝛpoꝛalia: ſicut Anaxagoras qui poſuit p̄ter partes ſimiles aut diſſimiles: ip̄m itellectū. Differebāt ēt ſm numerū: qꝛ quidā poſuerunt vnū p̄nm: q̄dā plura ⁊c̄. vt habitū eſt in p̄mo phy. ad longū. ¶ Secūdo recitat dꝛiam p̄dictoꝝ ph̄oꝝ quātuʒ ad nām aīe. adducēdo nouē diuerſas opiniones. Quarū p̄a eſt Xenocratis qui dicebat aīam eſſe igneā. ¶ Secūda eſt ipſius Democriti qui dicebat aīam eē cōpoſitā ex indiuiſibilib⁹ coꝛpoꝛib⁹ ⁊ athomis. ¶ Tertia eſt Anaxagoꝛe dicentis aīam eſſe intellectū ſimplicē imixtū purū ⁊ ſeparatū. ¶ Quarta ē quā Thales adducit. videlicet

ꝙ aīa est quedam substantia per se motiua. ¶ Quinta est Diogenis: qui dicebat aīam esse aerem. ¶ Sexta est Heracliti: qui dicebat aīam nil aliud esse q̄ȝ vaporem. ¶ Septima est quā Alcimeon adducit. s. ꝙ aīa nil aliđ est q̄ȝ substātia icorporalis de nā celi existēs. ¶ Octaua est ipsius Hippi qui dicebat aīam esse aquā. ¶ Ultima est quā adduxit Critias: qui dicit aīam esse sanguinem. Nullus aūt phoꝝ posuit aīam esse terrā solū ꝓpter ei⁹ mālitatē. ¶ Ex p̄dictis infert Phus p̄mo ꝙ oēs suprascripti phi ꝯuenerūt in hoc ꝙ inuestigauerūt nām aie: aut per viā mot⁹: aut per viā sensus: aut per viā incorporeitatis. i. per viā cognitionis intellectiue. ¶ Infert 2° ꝙ illi phi eo mō quo locuti sunt de p̄ncipijs rerū: locuti sunt de nā ipsius aie ꝯsiderātes aīam esse p̄nᵐ rerū. Uñ qui posuerunt tm̄ vnū p̄nᵐ: posuerūt aīam esse illud: qui vō posuerūt plura: posuerūt aīam plura. ¶ Cōsiderādū est pro opinione p̄ª ꝙ qꝛ ignis est corp⁹ maxime incorporeū: subtile: ꝛ p̄mū iter corpora: ideo illi phi dicebāt animā esse ignē vt ꝓpter incorporeitatē siue spiritualitatē itelligeret oīa: ꝛ ꝓpter subtilitatē siue agilitatē: aut mobilitatē moueret se ꝛ oīa. ¶ Si queraꝛ vtrū hoc veruȝ sit ꝙ ignis sit imālissimū corpoꝝ s̄m rei vitateȝ. ¶ Dicendū distinguēdo: qꝛ vel loqmur de corporib⁹ elementarib⁹: vel loquimur de corporib⁹ in vniuersi absolute. Si loquamur de corporib⁹ elemētarib⁹: aut de corporibus mixtis: sic ignis est imālissimū ꝛ spiritualissimuȝ oīum corpoꝝ: qđ pȝ tam ex situ eius q̄ȝ ex motu. Ex situ eniȝ. Nā illa que inferiori loco situanꝛ sunt mālioꝛa: vt patet de terra: cum ergo ignis sit locatus in superiori loco iter oīa elemēta: necesse est dicere ꝙ iter oīa corpora elemētaria ꝛ inter oīa mixta sit spiritualissimū ꝛ imālissimū. Idē patet ex motu: qꝛ quāto aliqua sūt magis materialia: tanto magis mouenꝛ deorsum: quāto vō minus materialia: ꝛ per ꝯñs leuia: magis mouenꝛ sursum. Cum ḡ inter oīa elementa ignis maxime moueat sursum: ꝯōm est ꝙ inter oīa elemēta ignis est imaterialissimū. Si vō loquamur de corporib⁹ absolute. Dicēdū ꝙ ignis nō est maxime imālis aut incorporeus: sed corpus celeste est magis spirituale ꝛ imālius: cuius rō est: qꝛ ignis nō agit cuiuscūqȝ actiuitatis fuerit nisi in virtute corporis celestis. ¶ Cōsiderādū est vlterius pro secūda opinione ꝙ Democritus cōsiderans ex vna parte ꝙ aīa esset maxime cognoscitiua ꝛ maxime mouens: ꝯsiderans vō ex altera parte ꝙ oīa ꝯstituunꝛ ex athomis: tanq̄ȝ ex p̄ncipijs rerū: sed qꝛ sūt rotūde figure: ꝛ multū habiles ad motū. ideo dicebat aīam esse compositā ex athomis: vt cognosceret omnia inquantū sunt principia: ꝛ vt moueret oīa inquantū sunt rotunde figure ꝛ sperice. ¶ Considerādū vltimo pro opinione Anaxogore ꝙ q̄druplex est cōpositio. Quedā est cōpositio partiū quātitatiuaꝝ. Alia est cōpositio que est ex elēntis: sicut mixtū cōponiꝛ ex elēntis. Tertia est cōpositio que est diuersis reb⁹ materialibus alijs ab elemētis: sicut homo componiꝛ ex cerebro corde ꝛc̄. Quarta est compositio ex instrumento organico ꝛ potentia eius. Ad remouendū p̄mā cōpositionē Anaxagoras dicebat ꝛ bene: intellectū eē simplicē. Ad remouēdum vō secundā cōpositionē ab anima: dicebat intellectum esse imixtū. Sed ad remouēdā tertiā cōpositionē ab anima dicebat intellectū eē separatū. Ad remouēdā aūt quartā cōpositionē ab ea dicebat itellectū eē purū. Quia ḡ nō posuit differentiā inter animā ꝛ intellectuȝ: concludebat diffinitiue ꝙ anima nil aliud est q̄ȝ intellectus simplex imixtus purus ꝛc̄.

¶ Sequitur tractatus secundus eiusdem.

¶ Sequitur in textu. (Considerandum autem ꝛc̄.)

¶ Hec est lectio sexta eiusdem primi libri: ꝛ in cōmento sancti Thome.

Iste est secūdus tractatus in quo phus recitat opiniones phoꝝ qui locuti sunt de aīa tam ex parte mot⁹ q̄ȝ ex p̄te cognitionis. Qui q̄dē tractat⁹ ꝯtinet octo capitula. ¶ In p̄° caplo adducit rōnes cōuenietes ꝯtra eos qui dicebāt aīam per se moueri. ¶ In 2° caplo ponit ratiōes speciales ad idē adducēdo opinionē Platonis. ibi (Quidā aūt ꝛ maxime ꝛc̄.) ¶ In 3° capitulo reprobat opinionē Platonis. ibi (Primū q̄dē igiꝛ nō bene dicꝛ.) In quarto caplo reprobat opinionē illoꝝ qui dicebāt aīam esse armoniā quādā. ibi (Alia aūt est opinio.) ¶ In 5° capitulo remouet opinionē illorum qui dicebāt aīam per se moueri. ibi (Rationabilius aūt ꝛc̄.) ¶ In 6° caplo reprobat opinionē illoꝝ singulariter qui dicebāt aīam eē numerū seipm mouentē. ibi (Multū aūt ex his que dicta sunt.) ¶ In 7° caplo reprobat opiniones illoꝝ qui dicebāt aīam esse elemētū aut ex elemētis. ibi (Tribus aūt modis traditis.) In 8° ꝛ vltimo caplo reprobat opinionē illoꝝ qui dicebāt aīam esse in toto vniuerso: ꝛ per ꝯsequēs ꝙ totū vniuersum esset animatū. ibi (Et in toto aūt q̄dā ipsaȝ misceri dicūt.) ¶ In p̄° aūt caplo ꝯtra eos qui dicebāt aīaȝ per se moueri: (supponēdo diuisionem motus in motū per se ꝛ motū per accidens) adducit sex rōnes ꝯueniētes. Quarū p̄ma est. Nā si aīa per se moueret: aut moueret motu locali: aut motu augmēti: ꝛ decremēti: aut motu alterationis: qꝛ tm̄ sunt q̄tuor species motus: sed nullū istoꝝ est dicendū: qꝛ cū oīs motus sit in loco: (vt dicit textus) sequereꝛ ꝙ ipsa aīa esset in loco per se: qđ est incōueniēs. Tū p̄mo qꝛ nō hꝫ eē per se. Tuȝ scđo: qꝛ nō est corp⁹ (vt īfra patebit.) sed actus corporis. ¶ Secūda rō talis est. Quicq̄d nāliter mouetur pōt violēter moueri: ꝛ q̄cq̄d nāliter q̄escit: pōt violēter q̄escere. Si ḡ aīa moueret per se nāliter ꝛ q̄esceret: posset moueri violēter ꝛ q̄escē violēter: qđ absurdū est: qꝛ nō solū sñiam p̄ferētes: sed ēt fingere volentes mot⁹ violētos aīe tribuē nō pñt. ¶ Tertia rō est. Si aīa moueret per se. moueret sursuȝ aut deorsuȝ aut ad mediū. Si sic: tūc esset qđdā elemētū aut cōpositū ex elemētis vt antiq̄ voluerūt: sed ꝯñs est falsuȝ. cū moueat corpus ad oēs differētias positiōis. Cōsequētia pȝ: qꝛ ignis aut mixtū in quo p̄dominaꝛ ignis moueꝛ nāliter sursuȝ: terra deorsuȝ: aqua ꝛ aer ad mediū. ¶ Quarta rō talis est. Si aīa moueret corp⁹ eo ꝙ ipsa moueꝛ: (vt antiq̄ dicebāt) eodē motu mouebiꝛ corp⁹: sicut ꝛ ipa aīa: ꝛ ecōtra: sed corp⁹ mutat locū: ḡ ꝛ aīa mutat locū: ꝛ per ꝯñs trāsibit de corpore in corp⁹ cū sit in corpore: vt ipsi dicebant sicut aqua in vase: ꝛ per ꝯñs erit resurrectio mortuoꝝ aīaliū. Quia dū aīa dimittit corp⁹ in quo est: intrabit in aliud corpus mortuū. Et sic corpus mortuum resurget. ¶ Quinta rō est. Illud qđ moueꝛ per aliud nō moueꝛ per se: sed aīa moueꝛ per accidēs. s. a sensibilib⁹: ergo nō moueꝛ per se. ¶ Ultima rō est. Nā si aīa s̄m suaȝ nām moueret ꝛ moueretꝛ per se: sequereꝛ ꝙ nā siue substātia aīe distaret a seipsa: qꝛ oīs mot⁹ facit distare id qđ mouetur ab eo a quo moueꝛ: cū ideȝ nō possit esse in actu ꝛ in potētia respectu eiusdeȝ simul ꝛ semel. ¶ Pro declaratione p̄cedētiū ꝯsiderādū p̄mo ꝙ lȝ antiq̄ phi diffinirēt aīam trib⁹ vijs: (vt supra dixit phus) videlicet per motū: ꝛ sensum: ꝛ per icorporeū siue imālitatē: tm̄ Phus nō ꝓsequiꝛ ꝯtra eos quātū ad incorporeitatē: qꝛ vera opinio est ꝙ aīa est incorporea: ꝛ imālis: potissime loquēdo de aīa rōnali que nō educiꝛ de potētia māe: necq̄ vtitur

organo

organo corporeo in sua operatione. Uerūtamē dicere ani/
mā esse subtilissimū corpoꝝ falsum est. ¶ Cōsiderādū
2° ꝙ tripliciter aligd dicit̃ moueri. s. per se p°. per se 2°. i.
per alterū: ꝛ per accidēs. Exemplū pmi. vt lapis mouet̃
per se pmo deorsum: pars lapidis mouet̃ per se 2°. i. per
alterū: sed accidētia lapidis mouent̃ per accidēs ad mo
tū ipsius lapidis. Et lꝫ pħus nō enumeret nisi duos mo
dos ipsius moueri expresse: tñ oēs pdictos modos enu/
merat sub intellectu siue cōprehensiue. ¶ Cōsiderādū
3° ꝙ mot⁹ pōt accipi dupliciter. Uno mō cōmuniter. s.
vt se extendit ad oēm mutationē taꝫ instantaneā ꝙ̃ suc
cessiuā: ꝛ illo mō sex sunt species motus que ꝯtinent̃ in
his versib⁹: videlicet Auget diminuit corrūpit ꝛ genera
tur. Alterat ꝛ mutat: sic per loca multa vagat̃. Alio mō
accipit̃ motus pprie ꝛ physice: put videlicet se extendit
ad motū qui est cū trāsmutatiōe nāli: ꝛ illo mō tñ sunt
q̃tuor spēs mot⁹: vt hic loquit̃ Pħus. ¶ Cōsiderādū vl
terius 4° ꝙ albū pōt ꝯsiderari duplr. Uno mō in sensu
cōposito: videlicet pro suo significato formali. albū enī
de suo significato formali significat albedinē cui nō cō/
petit moueri per se. alio mō accipit̃ in sensu diuiso: vi/
delicet pro suo significato māli videlicet p eo qđ est al/
buꝫ. Primo mō albū mouet̃ per accidēs. Scđo mouet̃
per se. ¶ Cōsiderandū vltimo ꝙ vnicuiqꝫ eo mō cōpe
tit moueri: quo cōpetit sibi eē. Illa ḡ que nō hñt eē per
se sed in alio: nō mouent̃ per se: sed per alterum: aut per
accidēs. Cū ḡ nulla forma nālis hēat esse per se sed per
alterū: nulla mouebit̃ per se: sed per alterū. Et lꝫ aīa vni
ta corpori subsistat per se substātia incōpleta: nō tñ per
se subsistit subsistētia cōpleta: vt ifra patebit. ¶ Cōtra
nōnulla dicta in textu sic arguit̃. Antiq phi trib⁹ modis
inuestigauerūt nām aīe: videlicet sensu: motu: ꝛ incorpo
reo: vt in pcedēti caplo adduxit Pħus. ḡ insufficienter
pħs psequit̃ ꝯtra eos quātuꝫ ad duos modos tñ. ¶ P̃.
in 3° ꝛ 4° physicoꝝ dī ꝙ aligd dī tripliciter moueri: ḡ
hic male dī ꝙ tñ dupliciter aligd mouet̃. ¶ P̃. Pħus
in 3° physicoꝝ: ꝛ in 5° enumerat sex spēs mot⁹: ḡ hic isuf
ficienter dī ꝙ q̃tuor sunt motus. ¶ P̃. Soli corpori de/
bet̃ locus: vt pꝫ 4° physicoꝝ: sed motus nō est corpus: ḡ
motus nō est in loco: ꝛ per ꝯñs Pħs male dicit in textu
ꝙ oēs motus sunt in loco. ¶ P̃. Omne corp⁹ per se pōt
moueri: sed oē albū est corp⁹: ḡ oē albū per se pōt moue/
ri: qđ est ꝯtra Pħm in textu: vbi dicit (ꝙ mouent̃ hec)
s. albū ꝛ tricubitū: sed ꝓm accidēs. ¶ P̃. Celum mouet̃
nāliter: ꝛ tñ nō pōt moueri violēter: ḡ Pħus male dicit
in textu ꝙ quecūqꝫ mouent̃ nāliter: mouent̃ ēt violen/
ter. ¶ P̃. Celū nō pōt quiescere nāliter: ꝛ tamē mouet̃
nāliter: ḡ male dicit Pħus ꝙ quicquid mouet̃ nā quie/
scit nā. ¶ Ad p̄m 2m ꝛ 3m pꝫ solo ex dictis. ¶ Ad 4m di/
cendū ꝙ motū esse in loco pōt intelligi tripliciter. Pri/
mo mō ꝯsiderādo motū ex parte mobilis: ꝛ clarū est ꝙ
omnes mot⁹ sunt in loco. i. omne mobile qđ mouet̃ per
aliquē motū est in loco. Alio mō quātū ad modū mouē/
di: ꝛ illo mō ēt motus est in loco: vt clare pꝫ de loci mu
tatione augmētatione diminutione. De alteratione aūt
pꝫ: qꝛ in oī alteratione requirit̃ approximatio alterātis
ad alterabile: qđ nō pōt fieri sine loco. Tertio mō quā/
tum ad motū in se: ꝛ sic antecedēter etiā omnis mot⁹ est
in loco. i. ois mot⁹ psupponit motū localē qui est de loco
ad locuꝫ. ¶ Ad 5m dđm ꝙ pꝫ solutio ex dictis: qꝛ ibi ar/
guit̃ a sensu diuiso ad sensum cōpositū: ꝛ per ꝯñs ibi cō
mittit̃ fallacia cōpositiōis. ¶ Ad 6m dđm ꝙ duplex est
motus. Quidā est qui hēt quietē sibi oppositaꝫ: sicut est
mot⁹ corpoꝝ simpliciū aut mixtoꝝ corruptibiliū. alius
est motus qui nō hēt quietē sibi oppositā: vt est motus
corpoꝝ celestiū. Quicquid. n. mouet̃ nāliter pmo modo
dicto: pōt moueri violēter: nō aūt secundo mō: vnde rō
laborabat in equoco. Et per hoc patet solutio ad 7m.

¶ Sequit̃ in textu (Quidā aūt mouere.) Hec est lectio
septima eiusdē libri: ꝛ in cōmento sancti Thome.

ISTud est 2m caplm huius secūdi tracta/
tus in quo Pħus adducit opinio/
nem Democriti in spāli reprobando eā dua/
bus rōnibus. finaliter adducendo opinionē
trimēbrē Platonis. Dicebat enī Democrit⁹
ꝙ aīa componebat̃ ex athomis qui semp mouent̃: ꝛ ꝙ
moueret corpus eo mō quo mouet̃: sic describēs aīaꝫ ꝙ
aīa est que mouet corp⁹ cōtinue mota. Cui⁹ psuasio erat
talis. Sicut se hꝫ argentū viuū ad statuā idee minerue:
ita se hēt aīa ad corp⁹: sꝫ argentū viuū qñcūqꝫ moueba
tur mouebat illā statuā: ḡ aīa qñcūqꝫ mouet̃ mouet cor/
pus. Cū ḡ ipsa aīa cōponat̃ ex athomis semp mobilib⁹
dicebat aīam semp mouere corp⁹. ¶ Cōsiderādum aūt
est ꝙ pdictā opinionē reprobat Pħus duab⁹ rōnibus:
quarū pma est. Eadē nā est pnm mouēdi ꝛ quiescēdi ali/
cuius: sed aīal aliqñ qescit (vt pꝫ ad sensuꝫ:) ḡ id qđ erit
pnm quietis aīalis erit pnm mouēdi: sed aīa cū semp (ꝓm
Democritū) moueat̃ nō pōt eē pnm quietis ipsi⁹ aīalis:
ḡ nō erit pnm mouendi. ¶ Si dicat̃ ꝙ aīal nunꝙ̃ quie/
scit: sed semp mouet̃ saltē motu alterationis. ḡ rō nulla.
Dicendū ꝙ Democrit⁹ loquebat̃ de motu locali: ꝛ non
de motu alterationis solū. Unde lꝫ rō nō simpliciter cō
cludat: ꝯcludit tñ ꝯtra Democrituꝫ. Lꝫ. n. verū sit ꝙ oē
aīal sit in ꝯtinuo motu: vniulr loquēdo de motu: tñ non
est in ꝯtinuo motu locali: vt voluit Democritus. Scđa
rō est. Aīal mouet̃ per voluntatē ꝛ appetitū: ḡ sequit̃ ꝙ
corp⁹ aīalis siue aīal nō mouet̃ ab aīa ꝓm se ꝯsiderata.
¶ Cōsiderandū est vlterius ꝙ Pħus in textu adducit
tres opiniones Platonis de aīa ꝓm triplicē ei⁹ ꝯsidera/
tionē. Pria opinio est: ꝙ aīa est que vnit̃ corpori ꝛ mo/
uet illud. Scđa opinio est: ꝙ aīa est qđdā compositū ex
numeris armoniacis. Tertia opinio est: ꝙ aīa est aspe/
ctus rect⁹ reflexus in duos circulos: quoꝝ vnus diuidit̃
in septē circulos. Cōsiderauit. n. Plato ꝙ aīa pōt triplr
ꝯsiderari. Uno mō vt est forma corporis: ꝛ isto mō dice
bat aīam vniri corpori: ꝛ ipm mouē. Alio mō pōt ꝯside/
rari aīa per respectū ad sua pn̄a: ꝛ sic dicebāt aīam eē cō/
positā ex numeris siue ex ꝯsonātijs. Tertio mō pōt ꝯsi/
derari quātū ad eius operationes ꝛ motū: ꝛ isto mō di/
cebat aīam esse aspectū rectū ꝛc̃. ¶ Cōsiderādū est vlte
rius ꝙ si opinio Platonis ꝯsideret̃ ꝓm sonū verboꝝ: sic
veritatē nō haberet: vt ostēdit infra Pħus. Sed si cōsi/
deret̃ quātū ad sniam v̉boꝝ: per viā. s. cuiusdā similitu/
dinis: sic hēt veritatē. Manifestū est. n. ꝙ aīa vnita cor/
pori per se nō mouet ipm corp⁹: sed mediātib⁹ tñ suis
potētijs. Sicut ēt in numeris pmo reperit̃ ꝯsonātia ꝛ p
portio: ita ꝛ in aīa. Aīa. n. hꝫ similitudinē ad numeros ar
moniacos: qꝛ reperit̃ maxima pportio aīe ad corpus ꝛ
partiū corporis iter se vt debite exerceat suas operatio/
nes. Manifestū est ēt ꝙ in aīa cōsiderat̃ aspectus dire/
ctus ꝛ reflexus per modū circuli: qui gdē circulus diui/
dit̃ in duos circulos: quoꝝ vltim⁹ diuidit̃ in septē: simi
litudinarie loquēdo. Unde itellectus recte itelligit suuꝫ
obm: que intellectio pōt dici intellectus direct⁹: ꝛ intelli
gendo suū obm etiā reflectit̃ supra seipm per modū cir
culi: qui gdē intellectus circulus. i. itellectio diuidit̃ in
duos circulos. i. in duos diuersos modos itelligēdi. alio
mō itelligit mālia: ꝛ alio modo spiritualia. Ultimus vo
circulus. i. intellectio qua intelligit mālia diuiditur in

septē circulos.i.in septē intellectiones ꝫm septē gradus
corpoꝝ mālīū:que qdē corpora sūt elemēta mixta iper/
fecta:vt ipressiones metheologice:mixta pfecta inaiata:
vegetabilia:sensitiua:motiua ꝫm locū:ꝛ intellectiua.

¶ Sequitur(Primum quidem igit̄.)Hic incipit lectio
octaua eiusdem libri:ꝛ in cōmento sancti Thome.



Stud est 3^m caplm presentis tractat⁹:in
quo postq̄ Phs adduxit opinio/
nes Platonis:ponit q̄tuor ꝯnes ꝯtra pdictā
opinionē ꝫm q̄ Plato in sua opiniōe q̄tuor
affirmauit.Dicebat.n.aīam eē aspectū rectū
i.magnitudinē ꝯtinuā.Dicebat vlteri⁹ aīaȝ eē magnitu
dinē circularē.Tertio dicebat aīaȝ eē magnitudinē mo
tā.Quarto dicebat q̄ eēt vnita corpori.Ex qb⁹oīb⁹elici/
tur diffinitio aīe ꝫm Platonē:videlȝ q̄ aīa est aspectus
rect⁹.i.magnitudo corpi vnita:ex numeris armoniacis
cōposita:reflexa in circulū diuisuȝ in duos circulos:quo
rū vn⁹ diuidit̄ in septē circulos.vt dcm̄ est.Quia g̃ Pla
to dicebat aīam eē magnitudinē:iō Phus p° ponit vnā
ꝯnē ꝯriā:videlȝ q̄ aīa nō est magnitudo.Quā qdē ꝯneȝ
pbat trib⁹ rōnib⁹:que magis respiciūt v̄ba Platonis q̄
itentionē ei⁹.¶ Quarū p^a est.Talis est itellect⁹ q̄lia sūt
itelligibilia.(Cū potētie specificent̄ per obiecta)sȝ itelli
gibilia itellecta ab itellectu nō sunt ꝯtinua:vt magnitu/
do:sed magis ꝯsequēter se habētia:vt numeri:g̃ intelle/
ctus nō est ꝯtinuus vt magnitudo:ꝛ per ꝯn̄s nō est ma/
gnitudo.¶ Secūda rō.Si intellect⁹ eēt magnitudo in/
telligēs aliqđ intelligibile:aut talis magnitudo itellige
ret itelligibile ꝫm partē quātitatiuā:aut ꝫm punctū:ap/
plicādo se videlicet ad itelligibile ꝫm partē diuisibilē:
aut partē pūctualē.Nō ꝫm partē pūctualē:q: pūcta sūt
īfinita in magnitudine ꝯtinua:que nequaq̄ est pertrāsi
re.Nec ꝫm ptē quātitatiuā aut diuisibilē:q: infinities
itellectus itelligeret idē:qđ est icōueniēs.¶ Tertia rō
est.Impossibile est q̄ idiuisibile itelligat̄ per diuisibile
vel diuisibile per idiuisibile.Si g̃ aīa esset magnitudo
cōposita ex idiuisibilib⁹:sic nō posset itelligere diuisibi
lia siue mālia.Si v̄o eēt cōposita ex diuisibilib⁹ nō pos/
set itellig̃ idiuisibilia siue imālia:quoꝝ vtrūqȝ est ꝯtra
Platonē qui posuit itellectū posse itelligere tā mālia q̄
imālia.¶ Sed ꝯsiderādū est q̄ pdicte rōnes sunt ma/
gis ꝯtra v̄ba Platonis:ꝛ nō ꝯtra sniam aut intētionem
ei⁹.Quādo eni Plato dicit aīam esse magnitudinē:loq̄t̄
figuratiue siue metaphorice ad similitudinē magnitudi
nis ꝯtinue corporis celestis.Nō.n.dicebat aīam esse ma
gnitudinē corporalē:quādo ipse(vt hic dicit Phus)di/
cat ipsam aīam esse vnitā ꝛ ꝯiunctā corpori:sed dicebat
aīam esse magnitudinē virtutis:que qdē magnitudo at/
tendit̄ ꝫm pfectionē eēntie ꝛ opationis ipsi⁹aīe:ad simi
litudinē(vt dcm̄ est)corporis celestis:q: sicut in magni
tudine attēdit̄ maxima ꝯtinuitas pfectio ꝛ pportio mo
bilis ad mouēs:ita in magnitudine virtuali ipsius aīe.i.
in opōne sua attēdit̄ maxima pfectio ꝛ pportio:que at/
tendit̄ iter itelligibile ꝛ ipm itellectū.Ex quo patet q̄ si
aliqs pbabiliter vellet soluē rōnes Phi non oporteret
nisi negare suppositū.videlicet q̄ Plato nō posuit aīaȝ
eē magnitudinē corporalē ꝯtinuā.¶ Cōsiderādū tn̄ est
q̄ qdā doctoꝝ hic dicūt q̄ Plato cū esset doctor verita/
tis nō debebat tradē suā sciaȝ sub velaminib⁹ metapho
ricis:cū veritas nō querat angulū.Unde plato nō soluȝ
erat rephēsibilis a Pho:vt ipse dicit quātū ad itētioneȝ
ipsi⁹:sed ēt quātū ad sonū v̄boꝝ.Sed hoc esset dicere q̄
theologia sacra que est scia maioris veritatis q̄ phia nā
lis eēt rephēsibilis.Tradit̄.n.sub velaminib⁹ metapho
ricis:iō nō male fecit Plato tradēdo suā sciaȝ sub metā
phoricis locutionib⁹.Tū p° q: itellect⁹ ēt hui⁹ īquirēdo
v̄itatē habilitat̄.Tū z° q: emuli supbi nō ita cito possēt
puenire in cognitionē v̄itatis.¶ Scđa ꝯclo que tangit̄
īfra(Necessarium aūt ꝛc̄.)est q̄ aīa nō est circulus:que
ꝯclusio pbat̄ rōnib⁹ duab⁹ Phi:quarū p^a est.Nā si itel
lect⁹ eēt circulus siue circulatio:sequeret̄ q̄ opō que dī
itellig̃ eēt circulatio:cū circulatio sit act⁹ ipsi⁹ magnitu
dinis circlaris.ꝯn̄s est falsuȝ.g̃ ꝛc̄.Falsitas ꝯn̄tis sic pȝ.
Nā si opō ipsi⁹ itellectus eēt circulatio:sequeret̄ q̄ opō
eēt ppetua ꝛ semp duraret:sȝ opō itellectus nō semp du
rat:cū hēat finē.g̃ nō est circularis.Probatio minoris:q:
oīs opō itellect⁹ aut est practica aut speculatiua:sed opō
practica terminat̄ ad aliquē terminū.s.ad finē:q: habi/
to fine cessat opō practica:cū finis se hēat in practicis:si
cut pn^m in demōstrabilib⁹:vt pȝ z° phy.ꝛ 7° ethi.simil̄r
opō speculatiua terminat̄ ad aliquē terminū:videlȝ ad
pn^m demōstratiōis:quo habito cessat oīs opō itellectus
speculatiua:q: tā syll̄us demōstratiu⁹ q̄ mediuȝ ei⁹ qđ
est diffinitio:dī termin⁹.Scđa rō est.Si opō siue itelli/
gētia ipsi⁹ aīe eēt circulatio:sequeret̄ q̄ vnū ꝛ idē mul/
totiēs itelligeret̄:ꝯn̄s est supfluū.g̃ id ex quo seq̄t̄.Pro
batio sequele:q: in circulatiōe fit igressus ab eodē pun/
cto:ad idē pūctū multotiēs:imo īfinities:stāte ei⁹ perpe
tuitate.¶ Pro declaratiōe pcedētiū ꝯsiderādū est pmo
ꝫm Egidiū q̄ in circulo nō est aliqđ pūctū in actu:sȝ so/
lū in potētia.Eadē g̃ rōne q̄ mot⁹ circularis terminaret̄
in vno pūcto:terminaret̄ in quolibet.Aut g̃ ille mot⁹ter
minabit̄ in q̄libet pūcto:aut nunq̄ icipiet.q: impoſe est
q̄ idē mot⁹in eodē pūcto terminet̄ ꝛ icipiat:aut g̃ nō ici
piet in aliq̄ pūcto:aut nō finiet̄ in aliq̄ pūcto:ꝛ sic semp
durabit.Cū g̃ ad sensum pȝ q̄ mot⁹ circularis icipit eē:
seq̄t̄ tn̄ q̄ mot⁹circlaris est ppetue duratiōis ꝫm Phm
vnde si itell̄us eēt circlatio:eēt ppetue duratiōis.¶ Cō/
siderādū z° q̄ p^a opō itell̄us:(ꝫm Phm hic que dī sim
plicium itelligētia.)terminat̄ ad diffinitionē que dī rō di/
cēs qđ qd erat eē.Scđa v̄o opō itell̄us q̄ apphēdit ppo/
sitiōes:terminat̄ ad syll̄m siue ad mediū sylli:qđ qdeȝ
mediū ēt rō dī:q: v̄tutē hēt pbādi ꝯnē.Sil̄r syll̄us dī
rō:(vt hic dicit Phs.)Uñ ꝯsueuim⁹ dicē q̄ hi q in dis/
putatiōib⁹ faciūt fortes syll̄os ꝛ efficaces:dicim⁹ q̄ fa/
ciūt efficaces rōnes.¶ Cōsiderādū est vlteri⁹ q̄ pdicte
due rōes Phi:pbabil̄r loquēdo nō ꝯcludūt ꝯ Platonē:
sed falsum supponūt.Nō.n.posuit Plato q̄ opō itell̄us
eēt mot⁹ circularis qui est sup magnitudīe quātitatiua:
aut dimēsiua:sȝ similitudinarie dicebat eā eē circulareȝ
fundatā sup magnitudinē virtutis:vt declaratū est.Uñ
nō seq̄t̄ q̄ si opō itellect⁹ eēt talis circulatio q̄ eēt ppe/
tua.Et dato q̄ tā opō practica q̄ speculatiua nō sit ppe/
tua ꝛ ꝯtinua:nō tn̄ pper h̄ sequit̄ qn opō itell̄us posset
ꝯtinuari:q: itelligēdo finē vni⁹:pōt itellig̃ finē alteri⁹.
ꝛ postq̄ itellexit pn^m vni⁹ pōt itellig̃ pn^m alteri⁹.Neq̄
incōueniēs videt̄:q̄(vt z° rō voluit)vnuȝ multotiens
ab eodē itellectu itelligat̄:nō ꝫm eādē rōnē:sȝ diuersis
rōnib⁹.¶ Tertia ꝯ que tāgit̄ ibi(Adhuc aūt ꝛc̄.)est q̄
itellect⁹ nō est mot⁹:que ꝯclusio pbat̄ duab⁹ rōnibus.
Quaruȝ p^a est.Illud qđ assimilat̄ magis qeti q̄ motui:
nō dȝ dici mot⁹.Sed intellect⁹ quātū ad ei⁹ vtrāq̄ ope
rationeȝ magis assimilat̄ qeti q̄ motui:g̃ nō est motus.
Scđa rō est talis.Beatitudo ꝯsistit in opōne nālī ipsi⁹
itellect⁹:sed mot⁹ nō est opatio nālis ipsi⁹ itellect⁹cū nō
sit de substātia eius:g̃ intellectus nō est motus.¶ Pro
declaratione huius conclusionis considerānduȝ est pri/
mo q̄ intelligentia siue operatio intellect⁹ nostri assimi
latur quieti:q: ꝫm perfectissimam operationem intel/
lectus:

lectus:anima fit sciens ꝛ prudens. Sed aia sedendo ꝛ quiescēdo fit prudēs ꝛ sciēs per Phm 7° phicoꝝ. ꝑ operatio ipsi⁹ aie que dr̄ itelligētia magis assimilat̄ qeti ꝙ̄ motui:qꝛ syllo vel medio habito cessat opatio itellect⁹. ꝑ ꝛc̄. ¶ Cōsiderādū 2° ꝙ duplex est beatitudo:scilꝫ increata:quā solus de⁹ hēt. Alia est creata:ꝛ illa est duplr̄: quedā est ꝑfecta:que videlicet expectat̄ in glīa:ad quā phi nāles ꝑuenire nō potuerūt. Alia est beatitudo iperfecta que in hac vita ex puris nālib⁹ acqri pōt:de q̄ phi locuti sunt. Et illa est duplex.nā quedā est practica:alia est ꝯtēplatiua. Practica ꝯsistit in supma opōne prudētie. Cōtēplatiua vō ꝯsistit in supma opōne sapientie. Ex quo pꝫ ꝙ quelibet beatitudo siue felicitas:de q̄ locuti sūt phi ꝭm mētē Phi in p̄senti passu:ꝯsistit in opōne intellectus(qd̄ est ꝯtra nōnullos:)alr̄ rō Phi nulli⁹ esset efficacie. ¶ Cōsiderādū est vlteri⁹ ꝙ aliqd dr̄ nāle tripliciter. Uno modo:qꝛ iest sibi a nā.i.a natiuitate. Alio mō:qꝛ est de nā.i.de suba siue eēntia ei⁹. Tertio mō:qꝛ cōpetit sibi ꝭm nām.i.ꝭm p̄n̄a nālia:beatitudo aūt non dr̄ eē nālis aie p° mō:qꝛ vt sic sibi ꝯueniret a natiuitate ei⁹:neqꝫ ēt est sibi nālis 2° mō:videlꝫ ꝙ sit de substātia siue de eēntia ei⁹. Sed nālis est aie 3° mō:qꝛ ipsa aia rōnalis per p̄n̄a sua nālia pōt pertingere ad beatitudinē supradictā:de qua locuti sunt phi. ¶ Cōsiderādū est vlteri⁹ ꝙ Plato ꝭm sonū v̄boꝝ sue opinionis hēt dicē ꝙ opatio aie que dr̄ motus ꝭm ipm sit p̄ter aut extra nām ei⁹:qꝛ dicebat aiam eē cōpositā ex vnitatib⁹ ꝛ numeris: vt v̄ba ei⁹ sonāt:sꝫ vnitas nō hēt positionē in ꝯtinuo:motus vō qlibet reqrit magnitudinem aliquā cōpositā ex partib⁹ positionē habētib⁹ in ꝯtinuo:vt patuit in p̄dicamētis:ꝑ mot⁹ ꝭm ꝙ v̄ba Platonis sonāt nō cōpetit aie ꝭm sua p̄n̄a nālia:ꝛ per ꝯn̄s p̄ter nām. ¶ Sed pro itētione Platonis ꝛ sustētatione opinionis eiusdē ꝯsiderādū est vlteri⁹:ꝙ mot⁹ nō solū ꝭm Platonē:sꝫ ēt ꝭm Phm 12° metaphice.pōt ꝯsiderari duplr̄. Uno mō physice siue nāliter vt est act⁹ iperfectus alicui⁹ exn̄tis in potētia ꝭm ꝙ hui⁹. Alio mō capit̄ mot⁹ metaphice vt est actus ꝑfect⁹ alicui⁹ exn̄tis in actu. Primo mō mot⁹ dicit iperfectionē:ꝛ cōpetit reb⁹ corpalib⁹:qui solū hꝫ fieri supra aliq̄ magnitudie corpali. Sed 2° mō:mot⁹ dicit ꝑfectionē:ꝛ sic nō solū cōpetit reb⁹ corpalib⁹:sed ēt ipsi deo. Et illo mō velle itelligē desiderare appetē dicunt̄ mot⁹. Et isto vltimo mō locut⁹ est Plato qn̄ dicebat opōnē aie eē motū recte dicēs. ¶ Et per h̄ pꝫ solutio ꝓbabilr̄ ad vtrasqꝫ rōnes Phi ꝯ̄ Platonē. ¶ Quarta ꝯ̄ que tangit̄ ibi(Laboriosuꝫ aūt est.)est ꝙ aia nō dꝫ vllo mō vniri corpori sicut Plato dicebat:quā ꝯ̄nē ꝓbat Phus trib⁹ rōnib⁹:quarū p° est. Nā si sic aia dꝫ vniri corpori:sequeret̄ ꝙ corpus sit ꝓpter aiam magis ꝙ̄ ecōuerso:sed ꝭm Platonē corp⁹ nō erat ꝓpter aiam:qꝛ dicebat aiam hr̄e motū ꝛ opationē per se:dicebat.n.aiam mouē seipsā:ꝑ aia in suis opōnib⁹ nō idigebat corpe:sed est ab eo separata:ꝛ per ꝯn̄s ꝭm eū corp⁹ nō eēt ꝓpter aiam. Scd̄a rō talis est. Nā aia sic dꝫ vniri corpi ꝙ ex tali vnione possit reddi rō oium motuū ipsi⁹ corporis:sed Plato per vnionē aie ad corp⁹ nō potuit reddē rōnē q̄re mouet̄ circulariter.ꝑ ꝛc̄. Tertia rō est. Nā Plato nō determinauit de q̄litate:dispōne:ꝛ quātitate corpis cui vnit̄ aia:videtur ꝑ ꝭm ipm ꝙ aia posset vniri idifferēter cuilibet corpori:qd̄ est falsum:qꝛ qlibet act⁹ ꝛ ꝑfectio reqrit determinatū ꝛ dispositū ꝑfectibile:qꝛ act⁹ actiuoꝝ sunt in patiēte bene disposito. ¶ Cōsiderandū est vlteri⁹ ꝙ aiam itellectiuā eē separatā a corpe ꝭm suā opōnē(vt supra dcm̄ est)pōt itelligi triplr̄. Uidelꝫ subiectiue:organice: vel obiectiue. Claruꝫ est aūt ꝙ subiectiue ꝭm Platonē aia nō est sepata a corpe:cū posuit eā vnitā corpi:neqꝫ obiectiue:cuꝫ eā dixerit itelligere corporalia:sed organice: siue istrumētalr̄ dr̄ separi a corpore:qꝛ nō idiget in sua itellectione organo corporali:exercet tn̄ suas opōnes in corpe. Un̄ siqs sustētare voluerit opinionē Platonis:poterit dicē ad p̄ᵃᵐ rōnē Phi:ꝙ lꝫ corp⁹ nō sit ꝓpter aiam organice:est tn̄ ꝓpter aiam subiectiue:qꝛ(vt dcm̄ est:) aia vnita corpori nullo pacto pōt exercē suas opōnes sine corpore:h̄ est:nisi sit in corpe. ¶ Cōsiderādū vlteri⁹ ꝭm Egidiū ꝙ tria attēdēda sūt in vnione aie ad corp⁹. Primū est:ꝙ corp⁹ in tali vnione sit ꝓpter aiaꝫ poti⁹ ꝙ̄ eō. Scd̄m est:ꝙ per talē vnionē posset reddi rō oiuꝫ motuū ipsi⁹ corporis ex parte aie. Tertiuꝫ est ꝙ corpus cui aia vnit̄ dꝫ eē debite dispositū ꝛ organiçatū. Unde ꝭm ista tria adducit phus tres p̄dictas rōnes ꝯtra positionē Platonis. ¶ Cōsiderādū vlterius est ꝙ in his que agūt ꝭm nām:de⁹ vult ꝛ disponit oia que reqrunt̄ ad veram substātiā ꝛ ꝑfectionē eoꝝ:vt possint debite exercē suas opōnes. Disposuit ꝑ deus ꝛ voluit ꝙ aia itellectiua posset hēre motū rectū(.i.opōnē rectā.)ꝛ circularē ꝛ reflexā. Ex h̄ eni nā forme imālis differt a māli ꝛ organica ꝙ pōt reflecti sup seipsam:ꝛ per ꝯn̄s moueri circulariter(.i.habere operationē siue intelligentiaꝫ circularē.) Siquis ergo vellet sustinē opinionē Platonis posset dicere ad illā rōneꝫ Phi:ꝙ rō q̄re aia mouet̄ circulariter ꝭm Platonē.i.ꝙ habeat itellectionē circularem est nā ipsi⁹ aie itellectiue:cui⁹ ꝑfectio cū sit imālis h̄ requirit. ¶ Cōsiderādū est vlteri⁹ ꝙ de aliquo fit mētio duplr̄. Uno mō ꝓprie ꝛ in spāli. Alio mō sub metaphoris ꝛ implicite. Uolēs ꝑ sustinē opinionē Platonis dicet ad 3ᵃᵐ rōnē Phi:ꝙ lꝫ Plato nō determinet ꝓprie ꝛ in spāli de susceptiuo ꝓprio ipsius aie.determinat tn̄ de ea sub metaphoris:queadmodū determinauit de ipa aia. Nō eni dicebat aiaꝫ vniri cuilibet corpi:videlꝫ corpi lapidis:sꝫ dicebat eā hr̄e determiatū corp⁹:vt ex opōnib⁹ satis hr̄.

¶ Sequitur in textu(Alia autem opinio quedam ꝛc̄.)

¶ Hic incipit lectio nona huius primi de anima in commento sancti Thome.

ISTud est 4ᵐ caplm̄ hui⁹ tractat⁹ secūdi in quo Phs remouēdo opinionē illoꝝ q dicebāt aiam eē armoniā quādā tria facit. Primo adducit vnā ꝯ̄nē:videlꝫ ꝙ aia nō est armonia siue ꝓportio. Scd̄o descēdit ad opinionē Empedoclis.ibi(Inuestigabat.)mouendo ꝯtra eū tres q̄ōnes:quas ipse nō deducit in p̄senti. Tertio adducit duas rōnes.ibi(Si vō aūt.)qb⁹ ꝓbat dictā opinionē esse ꝓbabilē. ¶ Cōsiderādū est aūt ꝙ in armonia siue ꝓportione aut in cōpositione rerū q̄tuor possumus ꝯsiderare ꝭm sanctū Thomā ꝛ Egidiū.videlꝫ ipaꝫ rōnē cōponibiliū:p̄n̄a motus:ipsoꝝ ꝓprietates ꝛ passiones:que ꝯsequunt̄ ipsaꝫ cōpositionē ꝛ ipsa cōponibilia. Unde rōne hoꝝ q̄tuor Phus adducit vnaꝫ ꝯ̄nē.videlꝫ ꝙ aia nō est armonia. Quā ꝓbat q̄tuor rōnib⁹. Quaruꝫ p° est:ꝙ armonia nil aliđ est nisi aut cōpositio aut rō cōpositoꝝ:sꝫ aia nō est neqꝫ rō cōpositoꝝ neqꝫ cōpositio: ꝑ aia nō est armonia. Et si arguat̄. Illđ est rō cōponibiliū aut cōpositoꝝ:qd̄ ꝯtinet partes cōponētes ne dissoluant̄:sed aia est huiusmodi:vt expresse patet in scd̄o huius per Phm. Ergo videt̄ ꝙ anima est ratio compositorum:dicendum ꝭm Egidiuꝫ ꝙ ratio in proposito potest accipi dupliciter. Uno modo pro quodā temperamento eorum que compositionem ingrediunt̄. Alio modo pro p̄ncipio formali ipsius cōpositi ꝛ partiū cōponētiū. Aia bene est rō 2° mō:nō aūt p° mō.vt est in ꝓposito. ¶ Se-

cũda rõ est. armonie nõ ꝯuenit moueř: sed aĩe ꝯuenit per se moueř ꝯm ipos: ğ aĩa nõ est armonia. ¶ Tertia rõ est. Habita qditate alicu᷒ facile est reddẽ ꝛ assignare rões ꝓprias. Sed habito qd sit armonia nõ facile sed multũ difficile est assignare ꝓprias passiones ꝛ ꝓprietates ipsi᷒ aĩe: ğ aĩa nõ est armonia. ¶ Quarta rõ. Si aĩa eẽt armonia: aut eẽt cõpositio ꝑtiũ corꝑis aut eẽt rõ eoꝝ que miscenť. Nõ pᵐ: scilꝫ cõpositio ꝑtiũ: qꝛ cõpositio partiũ est multũ nobis manifesta: sꝫ ipa aĩa cũ suis ꝑtib᷒ nõ est nobis manifesta: sed multũ difficilis: ğ ꝛc̃. Nõ zᵐ: qꝛ in diuersis ꝑtib᷒ corꝑis sũt diuerse mixtiones: si ğ aĩa eẽt rõ mixtiõis: sequereť ꝙ in diuersis ꝑtib᷒ corꝑis eẽnt diuerse anime: qd̃ est icõueniẽs. ¶ Cõsiderãdũ est vlteri᷒ ꝙ Phus in spãli descẽdẽdo ad opinionẽ Empedoclis mouet ꝯ cũ tres qões: vt dcm̃ est. Quarũ pma est. vtrũ aĩa est ipsa armonia siue rõ mixtoꝝ aut aliqd aliud. Si dicať pᵐ: ğ cũ diuerse rões mixtiõis sint in eodẽ corpore: sequereť ꝙ in eodẽ sint plures aĩe. Si sit aliqd aliud. ğ corp᷒ aĩatũ nõ hẽbit rõnẽ mixtiõis: cũ aĩa ꝯm Empedoclẽ eẽt rõ mixtiõis in aĩatis. ¶ Scḋa qõ est. An illa armonia siue amicitia sit cã mixtiõis in oĩbus vel solũ in aĩatis. Si Empedocles dicat pmuꝫ: sequiť ꝙ oĩa mixta erũt aĩata: cũ aĩa dicať eẽ armonia illa. Si dicat zᵐ: ꝯdicit opinioni sue: qꝛ dicit ꝯcordiã eẽ cã gnõnis ꝛ mixtionis oĩum rerũ: vt pꝫ pᵒ phẏsicoꝝ. ¶ Tertia qõ est: vtrũ illa concordia sit illa armonia que dĩ aĩa: aut nõ. Si Empedocles dicat pᵐ: sequiť ꝙ idẽ erit cã suiipsius: qꝛ dicebat ꝯcordiã eẽ cãm cuiuscũqꝫ ꝓportionis. Si dicat zᵐ: sequiť ꝙ ꝯcordia nõ est ꝯcordia. Cũ ipsa armonia quedã ꝯcordia sit. ¶ Cõsiderãdũ finaliter ꝙ Phus adducit duas rões qb᷒ ꝓbat ꝙ ꝑdicta opinio est ꝓbabilis. Quarũ pᵃ est. Nã si aĩa nõ eẽt rõ mixtionis aut cõpositionis rerũ: sequereť ꝙ ipsa separata a corpore: corp᷒ nõ corrũpereť: ꝯñs est falsum: ꝛ ꝯtra suprascripta: ğ ꝛc̃. Secũda rõ. Si aĩa nõ eẽt rõ cõpositiõis ꝛ mixtiõis ꝑtium corporis: sequereť ꝙ deficiente corꝑe nõ deficeret aĩa: hͦ aũt apparet eẽ falsuꝫ: igiť ꝓbabiliter videť ꝙ aĩa sit rõ cõpositiõis aut mixtiõis rerũ in quadã armonia consistens. Sed (vt dicit doctor sanct᷒ in cõmẽto.) hoc nõ sequiť: qꝛ ꝓportio hui᷒ nõ est forma sicut ipsi credebant: sed est ipsa dispositio mãe ad formã. Et sic si accipiatur ꝓportio armoniace cõpositionis pro dispõne tali: benẽ sequiť ꝙ manẽte dispõne mãe ad formã: manet forma: ꝛ destructa hui᷒ dispositiõe remoueť forma. Hec Tho.

¶ Sequiť (Rõnabilius aũt dubitabit.) Hic incipit lectio decima eiusdem libri ꝛ in cõmento sancti Thome.

Istud est 5ᵐ caplm̃ hui᷒ tractat᷒ in q̃ Phus iprobat opiniones antiquoꝝ dicẽtiũ aĩam per se moueri: ꝓpter hoc ꝙ tristari ꝛ gaudere ꝛ ridere sũt qdã mot᷒: ponẽdo vnã dutaxat ꝯnẽ: que talis est. Ex aĩa ꝓpter eius passiones nõ moueť. Quã ꝯnẽ ꝓbat q̃tuor rõnibus: quarũ pᵃ est. Nã ea que ꝯueniũt per se aĩe: nõ ꝯueniũt corpori aut toti ꝯiuncto: sꝫ gaudere ꝛ tristari ꝛ hui᷒ passiones aĩe cõueniunt corpori ꝛ toti ꝯiuncto. ğ mot᷒ tales nõ ꝯueniunt per se ipsi aĩe. ¶ Scḋa rõ est. Illud qd̃ est rõ ꝛ pnᵐ mot᷒ sibi nõ cõpetit per se moueri: sed aĩa est rõ ꝛ pnᵐ motuũ e᷒. ğ sibi nõ cõpetit per se moueri. ¶ Tertia rõ. Nihil moueť nisi mot᷒ sit in eo: sed ꝑdicti mot᷒ (vt gaudere ridere ꝛ tristari) nõ sunt in aĩa: sed magis ab aĩa: ğ ꝯm ꝑdictos mot᷒ aĩa nõ dĩ per se moueri. ¶ Quarta rõ est. In illo sint ꝑdicti mot᷒ aut passiões aĩe: per cui᷒ debilitatẽ ille passiones debilitanť: sꝫ organa corꝑalia sũt h᷒: vt pꝫ in ifirmis ꝛ litargicis ꝛ freneticis: simiľr ꝛ in ebriosis: ğ ꝯm dictos mot᷒: aĩa nõ dꝫ dici moueri. ¶ Pro declaratiõe ꝑcedẽtiũ ꝯsiderãdũ pᵒ ꝙ qdã antiquoꝝ posuerunt aĩam per se moueri: qꝛ dicebãt passiões ꝛ opões aĩe eẽ mot᷒: vt tristari gaudẽ timere ꝛc̃. sic arguentes. Cuicũqꝫ cõpetit per se mot᷒: illud moueť: sed aĩe cõpetit motus per se: vt tristari gaudẽ ꝛc̃. ğ aĩa per se moueť. Sꝫ hec rõ ꝯm Themistiũ in duob᷒ peccat. Primo qꝛ gaudẽ tristari ꝛ timẽ ꝛc̃. nõ sũt mot᷒ ꝓprie dicti. Scḋo: dato ꝙ eẽnt mot᷒ ꝓprie dicti: non sequiť ꝙ aĩa moueť per se: qꝛ sunt passiões toti᷒ ꝯiuncti ꝛ nõ aĩe tm̃. Uñ Phus dicit in lr̃a. Dicere aũt irasci aĩam: siľe est ac si diceret aĩam texere vel filare vel edificare. ¶ Cõsiderãdum zᵒ ꝙ lꝫ ꝑdicte passiões nõ sint mot᷒ ꝓprie: hñt tñ mot᷒ ꝓprie dictos sibi annexos ꝯm Phm̃ in lr̃a: videlꝫ loci mutationẽ ꝛ alterationẽ potissime: vt pꝫ de ira maxime: ꝛ de timore. Nã in ira est ꝯsiderãdus ascẽsus ꝛ iflãmatio sanguinis circa cor: ꝛ ꝯsiderãda est emissio sanguinis ebullientis ad partes exteriores. Rõne qua ꝯsiderať ibi ebullitio. seu iflãmatio: est ibi alteratio. Rõne qua ꝯsiderať emissio sãguis ad externas ꝑtes: attendiť loci mutatio. In tiore vͦ ꝯsiderať aggregatio sanguinis circa cor: rõne qua attẽdiť ibi loci mutatio. ꝛ ꝯsiderať palliditas mẽbroꝝ: exterioꝝ: rõne qua attẽdiť alteratio: ꝛ de alẏs passiõibus. ¶ Cõsiderãdũ vltimo ꝙ opatio attribuiť vnicuiqꝫ: ꝯm ꝙ hẽt eẽ: eo mõ ğ quo forma hꝫ eẽ: sibi attribuiť ꝓpria opatio eius: sed qꝛ nulla aĩa alia ab aĩa rõnali hꝫ esse per se. ğ nulli attribuiť aliq̃ operatio siue motus per se. Aĩa vͦ rõnalis que est ꝯiũcta corpori: de qua loqmur hic. hꝫ eẽ per se: lꝫ nõ cõplete ꝛ ꝑfecte: cũ nõ subsistat per se: substantia cõpleta. iõ ipsi aĩe rõnali attribuiť intelligere ꝛ velle per se ꝛ ꝓprie: lꝫ magis ꝓprie homini per animã: quãuis nõnulli aliter somniare videantur.

¶ Sequiť (Multũ aũt his que dicta sũt.) Hic icipit lectio vndecima eiusdẽ libri ꝛ in cõmẽto sancti Thome.

Istud est 6ᵐ caplm̃ hui᷒ tractat᷒: in quo Phus iprobat opiniones dicẽtiũ aĩam eẽ numerũ mouẽtẽ: septẽ rõnib᷒. Quarũ pᵒ est. Nã oẽ mouẽs seipm̃ diuidiť in partẽ mouẽtẽ ꝛ motã per se. si ğ aĩa est numerus mouẽs seipꝫ: seqť ꝙ erit diuisibilis ꝛ ꝑtibilis: ꝛ per ꝯñs ipsa vnitas erit diuisibilis. Scḋa rõ est. Oẽ qd̃ mouetur est in loco: ꝛ est qddã situale: ğ si aĩa esset numer᷒ seipm̃ mouẽs erit in loco ꝛ qd situale: ꝛ per ꝯñs erit vnitas habẽs positionẽ in ꝯtinuo. ꝛ sic erit pũctus. Tertia rõ. Ois diuisio numeri variat spẽm: sꝫ nõ ois diuisio aĩatoꝝ variat spẽm: sꝫ aliq̃ aĩata vt anguille ꝛ cetera aĩalia anulosa diuiduntur in pľes ꝑtes aĩatas eiusdeꝫ spẽi: ğ aĩa nõ est numer᷒ mouẽs seipm̃. Quarta rõ. In oĩ motu mouẽs diuidiť a mobili: qꝛ nihil est in actu ꝛ potẽtia simul respectu eiusdẽ. sꝫ aĩa nõ diuidiť a seipa. ğ nõ põt eẽ mouẽs ꝛ mota. Quinta rõ est. Si aĩa eẽt numer᷒ mouẽs: sequereť ꝙ aut ifinita pũcta simul eẽ possent i eodẽ: aut ꝙ oẽ corpus eẽt aĩatũ: vtrũqꝫ est icõueniens: ğ id ex q̃ seqť. Probatio sequele. Nã si aĩa eẽt numer᷒ seipm̃ mouẽs: cũ numerus cõponať ex vnitatib᷒: sequereť ꝙ aĩa cõponeretur ex vnitatib᷒ que sunt de genere ꝯtinuoꝝ: qꝛ nil moueť nisi sit de genere ꝯtinuoꝝ: vnitates ğ ille erũt puncta. i. hẽbũt põnẽ in cõtinuo. Uel ğ illa pũcta dĩnt a punctis corpoꝝ: vľ sũt eadẽ. Si pᵐ. ğ diuersa pũcta erũt siľ: ꝛ cũ idiuisibilia nõ augeãt locũ poterũt eẽ pũcta ifinita simul. Si zᵐ. ğ vbicũqꝫ erũt pũcta corꝑis: ibi erũt aĩe. ꝛ ꝑ ꝯñs oĩa corꝑa erũt aĩata: qd̃ erat ꝓbãdũ. Sexta rõ. Pũcta nõ pñt separi a corꝑib᷒: sꝫ aĩa põt separi a corꝑe. aľs nunq̃ aĩal eẽt corruptibile: ğ aĩa nõ ẽ pũct᷒: ꝛ per ꝯñs nõ

erit numer⁹:cū quelibet vnitas pūctuata sit. Septima rō. Posita diffōne vniuscuiusq; rei:per eā pñt assignari pprie pprietates. Sed per pdictā descriptionē:videlʒ ꝙ aīa est numerus per se mouēs seipm:nō pñt assignari pprietates ⁊ passiōes ipsi⁹ aīe:ğ dicta descriptio est isuf ficiēs. ¶ Pro dclaratiōe pcedētiū ꝯsiderādū est ꝙ illō qð ꝯuenit alicui per se aut ₣m se ꝯuenit illi ₣m se totū: vt pʒ in 5° metaphīce caplo per se. Si ğ numer⁹ moueat seipm per se seqꝛ ꝙ numer⁹ tot⁹ mouebit se ₣m se totū: ⁊ ꝯñs quelibet ps mouebit seipsam ₣m seipsam. Cuʒ ğ vnitas sit ps numeri mouebit se per seipsam:⁊ per ꝯñs vnitas erit diuisibilis:qꝛ oē mouens seipsum diuidiꝛ in partē per se mouētē ⁊ per se motā. ¶ Cōsiderādū est 2° ꝙ motus pōt accipi dupl'r: vt supra sepius adductū est. Uno mō phyſice vt est act⁹ entis exītis in potētia:⁊ sic rōnes Phi pcedūt ꝙ aīa nō mouet seipsaʒ. Alio mō ac cipiꝛ mot⁹ metaphīce. vt est act⁹ alicui⁹ entis exītis in actu. ⁊ illo mō rōnes Phi nō pcedūt. Si qs ğ voluerit sustinē ꝙ aīa est numer⁹ seipm mouēs accipiat motū 2° nō aūt pmo. ¶ Cōsiderādū est vltimo ꝙ numerus pōt accipi dupl'r. Uno mō pro quātitate discreta que cātur ex diuisiōe ꝯtinui. ⁊ illo mō verū est ꝙ aīa nō est nume rus. Alio mō pōt accipi trāscēdēter ₣m ꝙ cātur ex disti ctiōe diuersarū formarū aut entitatū:⁊ illo mō pōt dici numerus:qꝛ in aīa est diuersitas ⁊ distinctio potētiaruʒ inter se ⁊ distinctio essentie a potentijs:⁊ per ꝯñs nume rus. Qui ergo voluerit sustinere pdictā opinioneʒ dicat aīam esse numerū secundo modo ⁊ nō pmo.

¶ Sequitur in textu (Tribus autēʒ modis ⁊c.) Hec est lectio duodecia eiusdē libri ⁊ in cōmēto sancti Thome.

Istud est 7ᵐ caplm hui⁹ tractat⁹ in quo Phus reprobat opinionē dicētiū aīam eē cōpositā ex elementis vt oīa cogno sceret. Dicebāt.n.sile simili cogs̄ci. ¶ Quaʒ qdē opinionē reprobat nouē rōnib⁹ iferēdo q̄druplicē isufficientiā ei⁹. Prima rō talis est. Nā si aīa cōponereꝛ ex elemētis. sequereꝛ ꝙ oīa itelligibilia eēnt in itellectu ₣m eoꝝ eē māle:⁊ per ꝯñs nō itelligereꝛ ab intellectu. Cū intelligibile ₣m suū eē māle nō sit pñᵐ co gnoscēdi. Scōa rō est que tāgiꝛ ibi (Nō sunt aūt hec so la ⁊c.) Si aīa cōponereꝛ ex elemētis vt elemēta cogno sceret:sequereꝛ ꝙ aīa cōponereꝛ ex oībus mixtis:alias aūt nō oīa mixta itelligē posset:aut oīa mixta eādē rōnē mixtiōis hērēt q̄rū vtrūq; est falsum. Tertia rō est que tāgiꝛ (Ampli⁹ āt ⁊c.) Si sic:sequereꝛ ꝙ aīa cōponereꝛ ex oīb⁹ pdicamētis:⁊ per ꝯñs cōponereꝛ ex partib⁹ quā titatiuis:qð pñtes opinatores negauerūt:qꝛ dicebāt aīā esse ipartibilē:pʒ sequela:qꝛ aīa intelligit oīa pdica menta. Si ğ aīa cōponereꝛ ex oīb⁹ vt oīa itelligeret. ne cessario sequiꝛ ꝙ cōponereꝛ ex accidētibus. Quarta rō que tāgiꝛ ibi (Incōueniēs est ⁊c.) est talis. Si aīa cōpo nereꝛ ex elemētis:vt simile simili cognosceret sequere tur ꝙ simile simili patiꝛ:qꝛ ₣m antiquos sentire est qð dā pati. Quīta rō que tāgiꝛ ibi (Multas aūt dubitatio nes ⁊c.) Si aīa eēt cōposita ex elētis vt oīa cogs̄cēt ⁊ sē tiret:sequereꝛ ꝙ oīa cōposita ex elētis sentirent ⁊ itelli gerēt:⁊ per ꝯñs oēs ptes aīalis cogs̄cerēt:qð est manife stissime falsuʒ. vt pʒ in vngulis ⁊ alijs ptib⁹ terrestrib⁹ aīalis. Sexta rō que tāgiꝛ ibi (Ampli⁹ aūt vnūqðq; pñ cipioꝝ ⁊c.) sic formaꝛ. Si sic:sequereꝛ ꝙ pñᵐ cū eēt mi nus cōpositū q̄ pncipiatū:pauciora cogs̄cēt q̄ pncipia tū:⁊ per ꝯñs magis ꝯsisteret ignorātia q̄ pncipiatū:qð ēt ad sensuʒ pʒ eē falsuʒ. Septia rō que tāgiꝛ ibi (Acci dit aūt ⁊c.) est talis. Si sic:sequereꝛ ꝙ de⁹ eēt isipiētior

substātijs corpalib⁹:cū ₣m opīatores pdictos ex paucio rib⁹ cōponaꝛ. Dicebāt.n. corpalia eē cōposita ex qnque videlʒ ex q̄tuor elntis:⁊ ex amicitia ⁊ discordia. Deū vo dicebāt eē cōpositū ex qnque pmis ⁊ nō discordia. Octa ua rō:que tāgiꝛ ibi (Dino aūt ⁊c.) est talis. Si ita eēt:se quereꝛ ꝙ oīa itelligibilia itelligerent ⁊ cogs̄cerēt cū q̄si oīa sint cōposita ex elntis. Nona rō:que tāgiꝛ ibi (Dubi tāt aūt ⁊c.) est talis. Si aīa eēt cōposita ex elntis:seque reꝛ ꝙ aliqd in reb⁹ nālib⁹ corruptibilib⁹ eēt nobili⁹ ipa aīa:cū pñᵐ cōponēs sit nobili⁹ pncipiato:ꝯñs est falsuʒ. igiꝛ ⁊c. ¶ Cōsiderādū est aūt ₣m Phm circa fineʒ hui⁹ capituli. ꝙ pdicti opinatores deficiebāt in qnque. Prio qꝛ dicebāt aīaʒ eē motiuā. Sʒ h nō cōpetit oī aīe sʒ vnī vtpuṫa aīe vegetatiue. Scōo qꝛ dicebāt aīaʒ cognoscē ⁊ sentire:sʒ ēt h nō cōpetit oī aīe:ğ isufficiēter determina uerūt de aīa:cū de oī aīa nō fecerint mētionē. Tertio qꝛ multa alia cōpetūt aīe cogs̄citiue q̄ sentire ⁊ itelligē:de qb⁹ nullā mētionē fecerūt. Quarto qꝛ dicebāt aīaʒ eē re spirationē quādā attrahētē aerē. h ēt nō cōpetit oī aīe. Quito qꝛ ab eis supflue deñ est ꝙ aīa cōponiꝛ ex elntī vt oīa cognoscēt:qꝛ fridū pōt cogs̄ci per calidū:⁊ humi duʒ per siccū:cū vnū oppositoꝝ cognoscaꝛ per reliquū.

¶ Seqꝛ in textu (Et si toto aūt qdā misceri ipaʒ dicūt.) ¶ Hec est lectio.13ᵃ eiusdē libri:⁊ in cōmēto sci Thome.

Istud est vltimū caplm hui⁹ tractat⁹:in quo Phs iprobat opinionē illoꝝ q dicebāt aīam eē in elntis ⁊ in toto vniuer so:trib⁹ rōnib⁹. Quarū pma est. Si aīa sit in elntis pari rōne qua mixta aīata dicunꝛ aīa lia:eadē rōne ipsa elnta dicerenꝛ aīalia:ꝯñs est falsum. ğ ⁊c. Scōa rō. Melior vī eē aīa que est in elntis si sit in eis q̄ aīa que est in mixtis:sed aīa que est in mixtis fa cit ea esse aīalia:ğ a fortiori si aīa eēt in elemētis faceret ea esse aīalia. Tertia rō. Si aīa esset in elemētis ⁊ in to to vniuerso:aut esset vna ⁊ eiusdē rōnis in oībus aut di uersarū rōnū. Non 2ᵐ:qꝛ aīa est in eiusdē cōditionis in oībus:vt antiqui dicebant:neq; primū:qꝛ corruptibiliuʒ ⁊ incorruptibiliū nō pōt esse aīa eiusdeʒ rōnis. Non est ergo anima in elementis ⁊ in toto vniuerso.

¶ Sequitur in textu (Quoniam autem agnoscere.) ¶ Hic seqꝛ terti⁹ tractat⁹ pmi libri. Et est lectio 14ᵃ ⁊ vl tima eiusdē libri. ⁊ in cōmento sancti Thome.

Iste est terti⁹ tractat⁹ hui⁹ libri qui ꝯti net vnuʒ caplm tm̄:in q̄ Phus mouet duas dubitatiōes de ipsa aīa:remouē do opinionē antiquoꝝ de ptib⁹ aīe. ¶ Pria dubitatio est vtrū sentire:opinari:ꝯcupiscē: mouēꝛ ₣m locū ⁊ cetere opōnes aīe cōpetant ipsi aīe ₣m se totā vel diuersis ptib⁹ aīe. ¶ Scōa dubitatio est:vtꝝ sit vnū pñᵐ ipsi⁹ mūdi aut plura. Primā vo dubitationē soluerūt antiq dicētes ꝙ pdicte opōnes aīe ꝯueniūt ipsi aīe ₣m diuersas ei⁹ ptes. Posuerūt.n. aīam eē diuisibilē ⁊ partibilē. Sed hāc opinionē destruit Phus trib⁹ rōni bus. Quarū p⁹ est. Nā multa ⁊ diuersa nō pñt eē in vno ⁊ eodē nisi sit aliqd aliud qð ꝯtineat ea:sʒ in aīa nō repe riꝛ aliqd qð possit ꝯtinere diuersas partes eiusdē substā tiales:qꝛ aut id ꝯtinēs est corp⁹ aut aīa:nō corp⁹:cū cor pus magis ꝯtineaꝛ ab aīa q̄ ꝯtineat. Si esset aīa:aut il la aīa que ꝯtinet esset partibilis aut nō. Si 2ᵐ:pari rō ne standū esset in p°. Si pñᵐ:sequereꝛ ꝙ eēt pcedēdū in ifinitū in ꝯtinētibus. Scōa rō que tangiꝛ ibi (Dubitat aūt.) talis est. Si aīa esset diuisibilis in plures partes:se quereꝛ ꝙ quelibet operatio ei⁹ requireret determiatā

